




ALLIACO
TRACTATUS
ET
SERMONES
ARGENTINAE
1490
INCUNABULI
C
7
10
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze














Tractatus et sermones compilati a reuerendissimo domino domino Petro de Alliaco. sacre theologie doctore.

Ad usum ... et amicorum

Contenta in hoc uolumine

In hoc volumine ɔtinentur tractat⁹ et sermones compilati a reuerendissimo domino. domino Petro ð Alliaco sacre theologie doctore. quondam cancellario Parisieñ. postea Anicieñ. episcopo ⁊ Cameraceñ. Deinde sancte romane ecclesie cardinali. Et primo

Incipit speculū considerationis editum siue compilatū per reuerendū in christo patrē dominū Petrū de Aillyaco sacre theologie doctorem. ac episcopū Cameracensem. ⁊ postea cardinalē ⁊c.

Tractatus sequens qui speculum consideratōnis intitulat᷑ tres partes s̄m tres ꝯsiderationes continet.

Incipit speculum ꝯsiderationis.

Quisquis es qui a mundi sollicitudine elongasti fugiens ⁊ iuxta verbū ꝓphete manēs in solitudīe ad tranquillitatem vite quietioris migrasti vt ꝓpositum tuū firmius stabilias. stabiliusq; confirmes. Teipsum ad quid veneris diligenter interroga. ⁊ assidua meditatione per ea que in hoc considerationis speculo perspexeris tibi ipse respondeas.





Triplicem considerationem proponit capitulum primum.

i

N primis igitur cõsiderate ꝑncipaliter ad tria. ad que omnis humane vite tendere debet intentio. Hoc est ad viciorũ purgationẽ. ad virtutũ plantationem. et per hec ad premiorũ qualemcunq; pregustationẽ venisse. Nam vere sic est ꝙ quicunq; ab exteriorũ tẽporalium turbatione ad interiorẽ spũalium vacationẽ ꝑ diuinã vocationẽ quasi ꝺ scola vanitatꝫ ꝑ scalã veritatis attrahũtur. nõ nisi prius expurgatis viciјs et complãtatis virtutibus. ad illam eternorũ premiorꝫ suauitatem quantũ in hac transitoria vita conceditur videndã. et vtrũq; ꝑgustãdam subleuanť. talibus enim ꝑ ꝓphetã dicitur Gustate et videte quoniam suauis est dominus.

Primam consideratione prosequiť capitulum secundum.

q

Uantũ aũt ad huius ꝯsiderationis principium id est ad purgationem viciorũ ꝑtinet. audi et diligenter attende terribilem diuine scripture sententiã Omne inquit quod est in mũdo. aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculoꝝ. aut superbia vite. O viciorũ voraginem. O nimiũ infelicẽ maleq; securũ qui in tanta tamq; periculosa tẽpestate sese feliciter aut secure stare fallaciter seductus existimat. Quid ergo aliud restat nisi vt ab huius mũdi turbido mari. in portũ quiete salutis euadas. vbi nõ solum tuorũ sed et alienorũ viciorũ caribdim ac scillaꝫ effugias. Sed vbi hũc portum queras aut vbi inuenias considera. profecto si expientie credis illum querere securius ⁊ facilius inuenire poteris in claustrali solitudine. ꝙ in sollicitudine pastorali. Queris cur ita sit. Nam illa suorum tm̃. ista ꝓ ⁊ suorũ et alienorũ peccatorꝫ curam gerit. Uis scire quorũ. Certe ouium et agnorũ. certe hedorũ ⁊ quod terribilius est ⁊ luporũ. si enim pastor es curã habes ouium id est simplicium subditoꝝ curam agnorũ. id est mediocriũ ⁊ maioꝝ Curam hedorũ ac luporũ id est puersoꝝ errantium ⁊ seuientiũ. Quot enĩ tales lupos ⁊ seculares ⁊ ecclesiasticos hodie xp̃i patiať ouile quibus pastoralis cure sollicitudo iugiter ꝑturbatur. quis enumerare sufficiat. Et tamen tuũ est officium. pusillum gregem ab huiusmodi luporũ seuicia defendere. tuum est officiũ ecclesiasticũ ouile nunc verbo ꝓdicationis. nũc exemplo conuersationis. nũc subsidio temporalis sustentatiõis suauiter pascere. qñq; ꝓ baculo spũalis correctiõis salubriter ꝑcutere. et nõnunq; gladio seuerioris excõicationis seuientis obstinationis cõtumaciã coercendo ferire. Tuum ergo ẽ officiũ sic omniũ peccata quodãmodo tu is hũeris supportare. Heu ꝙ insuaue iugum ⁊ vere onꝰ grauissimũ angelicis etiã humeris formidandum.

Periculum prelationis concludit capitulum tercium.

c

Erte huius oneris põdus expertus erat sanctꝰ ille rex ⁊ ꝓpheta dauid qui ad deum lacrimabiliť exclamabat Induxisti nos in laqueum. posuisti tribulationes in dorso nostro. imposuisti homines. i. hoĩum peccata sup capita nostra. O qualis ⁊ quãtus ⁊ ꝙ fortis ⁊ multiplex tribulationũ laqueus. O te felicem si de illorũ numero fueris in quoꝝ ꝑsona ꝑ psalmistaꝫ caniť. laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumꝰ. Quid ergo dicemus An pastoralẽ sollicitudinẽ condẽnamus Absit. Sed etiam laudãtes ⁊ venerantes eius onera ꝑtimescimus fragiles ⁊ infirmi. eius ꝑicula formidamus debiles ⁊ multipliciter impfecti. Qui fortes et ꝑfecti sunt cum Dauid sarcinam hanc a deo tamen sibi impositam patienter sustineant. ⁊ tamẽ cum Dauid eam lamẽtabiliter defleant. Qui aũt debilis ⁊ impfectus est eã a dorso suo excutiat. ac tã onerosо periculo et periculoso oneri libẽs cedat. ꝙ si hoc facere supioris sui non sinat autoritas. tunc ille sic oneris obedientiã reuerenter ferat. vt honoris reuerentiam non arroganter suscipiat. nec eam sibi sed deo attribuẽs. illud dauiticũ memoriter teneat Nõ nobis dñe nõ nob. sed noĩ tuo da gloriam.

De tẽtatiõib; ⁊ turbatõib; cure pastoralꝭ.

Capitulum quartū.
Ed hec hacten⁹ de alienis pecca/
s tis.nūc de ꝓprijs videamus. Cōsi
dera ergo in sollicitudine pastora
li quot ⁊ q̄ꝫ varie occurrant tentationes ⁊
occasiones peccatorū. Ibi quippe delicie
ibi diuicie.ibi populares honores. Ex q̄/
bus triplex illa quam supra meminim⁹ vi
ciorū vorago nascitur. Ex delicijs.s. ꝯcu
piscentia carnis.ex diuicijs ꝯcupiscētia o
culorū.ex honoribꝫ supbia vite Et q̄s ne/
sciat nimis esse difficile.non dicam vince
re sed fugere.in delicijs gule ⁊ luxurie vo
luptatem.in diuitijs inordinate auaricie
cupiditatē.in honoribꝫ superbe glorie va
nitatē. Quis preterea ex hac ꝓcella enata
re poterit sine multiplici perturbatōe vi/
te.lesione fame.ac ꝑplexitate conscientie.
Nunc vita in sua virtute concutit᷑.nūc fa
ma in suo honore scandalisat᷑.nunc ꝯsciē
tia in sua pace molestat᷑ imo pene deijcitur
Quis enim ꝑplexas cōsciētie nodos euol
uat.quibꝫ iste status inuoluit᷑. nunc in gu
bernatione domus ac familie.officiario/
rū quoqꝫ ⁊ literaliū ministrorū.nūc in ac
quisitione.conseruatione ac dispensatio/
ne temporaliuꝫ.in defensione iuriū.in di/
scussione litium.nunc in administratōne
spūalium.in correctione morū.in vana q̄
qꝫ ambiguitate.ac ambigua fluctuatione
casuū dubiorū incessanter emergentium
animū lacerantiū ac in diuersa ⁊ aduersa
trahētiuꝫ. Hec sunt igit᷑ aliaqꝫ innumera
magis deflenda lacrimis q̄ꝫ literis descri
benda.que in pastorali sollicitudine men
tis quietem ⁊ spūalem tranq̄llitatē ꝑtur/
bant.que cum miris ⁊ inenarrabilibꝫ mo
dis vicioꝝ occasionē p̄beant. minime ad
eorū expurgationē proficiunt. sed offici/
unt maxime.

De laude vite quiete et claustralis.

Capitulum quintum.
Cōtra ꝟo claustralis solitudo ab
c huiuscemodi ꝑturbatōibꝫ quieta
ad purganda peccata liberius po
terit intendere.⁊ corrigenda p̄terita.⁊ fu/
gienda presentia.⁊ p̄cauēda futura. Cur
ita.quia cum tres sint aduersarij. mūdus
caro.diabolus.quibus impugnat᷑ huma
nū genus ⁊ ad peccata atqꝫ vicia ꝓuocat᷑
illa solitaria et spūalis trāquillitatis ē ve/
lut castrum munitissimū. vbi coꝝ insidijs
ac machinamētis resistit᷑. Ibi quippe mū
di vanitas ꝯtemnit᷑.carnis vilitas despi/
citur ⁊ fallax diaboli malignitas facilius
euitatur Ibi contra hoꝝ aduersariorum
insultus. tres turres fortissime firmit᷑ sta
bilite ac stabiliter firmate sūt Cōtra mū/
di auariciā volūtaria pauꝑtas.ꝯtra car/
nis concupiscentiā mundicia et castitas.
contra diaboli suꝑbiam obedientia ⁊ hu
militas. Quid pl'a. Ibi aduersus huius/
modi hostiū ictus ⁊ iacula.ieiunijs. vigi/
lijs.orationibꝫ.alijsqꝫ regularibꝫ discipli
nis tanq̄ꝫ armis spūalibꝫ humana fragili
tas pugnādo ac resistēdo protegit᷑. Quid
dico pugnando ac resistendo ꝓtegit᷑.imo
ꝟo ibi non sufficit peccatis atqꝫ vicijs pu
gnando resistere.sed ea deuota religio sa/
tagit vincēdo repellere. repellēdo purga
re.purgando radicit⁹ extirpare.

De his que iuuāt ad purgationē vitio
rum.

Capitulum sextum.
Ed quomō inq̄es hoc potest hūa
s na fragilitas efficere. sane cū hoc
non possit virtute ꝓpria sed dei spe
cialiter auxiliāte gratia Ipa tamē ad hoc
ex sua erga deum humiliatiōe roborat᷑.et
ab humili sue cōditionis meditatione iu
uat᷑. Hoc est si hūiliter meditet᷑ sue ge/
nerationis ingressum miserabilē.sue con
uersationis ꝓgressum culpabilē.sue disso
lutionis egressum damnabilē. Si diligē
ter ꝯsideret sue carnalis originis vilitatē
vite p̄sentis labilitateꝫ.future mortis ne/
cessitatem. Vilitas originis humane
ostendit᷑.quia homo de humo imo de hu
more spermatico format᷑. In culpa ꝯcipi
tur.in pena nascit᷑. Labilitas p̄sentꝫ vi
te declarat᷑ ex īfirmitate corꝑis ex debilita
te senectutis.ex instabilitate temporis.
Necessitas mortis future demonstrat᷑
ab origiali culpa.a temporali pena. a cor
porali miseria. Sed heu cū mors ista sit
ineuitabilis ac irreuocabilis.tn̄ incerta ē
mortis hora et indeterminabilis. Cunqꝫ
eam multa ⁊ magna mala precedāt. ⁊ ma
iora plerūqꝫ ꝯmitent᷑.maxima deniqꝫ sub
sequunt᷑ videlꝫ terribilitas iudicij.acerbi
tas purgatorij vl' horrēda p̄ealitas infer
ni. Hec sunt nouissima nostra ad q̄ sa
pienter intelligenda ⁊ iugiter memorāda
scriptura diuina nos excitat. Utinā inq̄t

saperent ⁊ intelligerent ac nouissima pro
uiderent. Et iterum. Memorare nouissima
tua ⁊ in eternum nõ peccabis. Sane vbi
frequens ac feruens horũ meditatio mẽ/
tem occupat. non ibi peccatorũ ac viciorum
radix pullulat. non ibi gula carnis ↄcupi
scentiã prouocat. nõ luxuria maculat. nõ
superbia inflat. nõ inuidia murmurat. nõ
ira inflammat. non auaricia stimulat. nõ
accidia inquietat. Ac ideo cũ septiformis
huius nequitie radix extirpat᷑. omnis plã
tatio vitiosa purgatur.

Secunda pars

Secunde partis primum capitulũ se/
cundam considerationem prosequitur.

Diximus ergo breuiter de prima considera
tione. hoc est de purgatione
viciorũ. Nunc quod ad secũ
dam attinet de plantatione virtutũ prose
quamur. Hec autẽ adeo ↄnexa sunt vt
vnum ad aliud insepabiliter conseq̃mur.
Est quippe humanus anim⁹ velut ager
spũalis in quo dum expurgant᷑ viciorum
spine. cõsequens est vt in eo virtutum plã
tule inserant᷑. Sicut ergo pmum sic et se/
cundũ. Facilius in solitudine religionis
ꝙ in platõis sollicitudine opamur. Qua
in re illud ↄsiderandum nobis est. ꝙ reli/
gio est quasi scola virtutis acquirende et
ↄseruande. Prelatio vero quasi scala vir
tutis iam acquisite et pfecte. ac non soluz
in se sed in alios exercende. illa ergo infe/
rior. ista superior. illa suauior. ista sublimi
or. illa quietior. ideo facilior. ista cõmuni
or. ideo fertilior. Quapropter sumopere
cauendũ. ne vel religiosus plationis solli
citudinẽ velut infructuosam despiciat. vl᷑
prelatus religionis solitudinẽ velut inu/
tilem contemnat. sed ille plationi honorẽ
iste religioni amorẽ exhibeat. Qui vo pa
storalem curam habet. ac ideo vitã clau/
stralem ⁊ solitariam tranquillitatem non
omnino sequi valet. hanc tamen suspirãs
desideret. ⁊ eam vtcũqꝫ potest imitari stu
deat. ⁊ in animo suo claustrũ sibi ac spũa/
lem solitudinem constituat. vbi sese vires
qꝫ suas recolligat vt sic facilius vel virtu
tes acquirat. vel acquisitas custodiat

De tribus virtutibus theologicis Capitulum secundũ.

Ed iam de virtutuz plantatione
loquamur. ⁊ earum numerũ atqꝫ
ordinem describamus. Sunt ita
qꝫ septem virtutes quasi prelate septẽ pn/
cipales in orto spirituali. Ex quibus cete
rarum virtutum rami nascuntur. Harũ
tres prime ac precipue sunt fides. spes. ca
ritas. que theologice. id est diuine nomi/
nant᷑. quia principaliter animã ordinent
ad finem supremũ qui deus est. Virtutes
autem alie circa ea que ad finem sunt ver
santur. Fide ergo bonitatẽ finis agnosci
mus. caritate desideramus. spe vo fiduci
am obtinẽdi habemus. Fide agnoscim⁹
quo debemus tẽdere. caritate ad illud a/
mamus peruenire. spe confidimus ptin/
gere. Cumqꝫ anime nostre vires impfecte
in suis actibus ac diminute sint. vis rati
onalis in cognoscendo. vis con cupiscibi
lis in volendo. vis irascibilis in exequen
do. Fides est directio cognitionis in rõ/
nali. Caritas est ordinatio volitiõis in cõ
cupiscibili. Spes est fortificatio executõ
nis in irascibili. Quia vero ardua est via
qua in deum tenditur ⁊ anime viribꝫ in/
accessibilis nisi diuĩa virtute iuuetur. Jõ
fides diuine veritati. spes diuine potesta
ti. caritas diuine bonitati penitus innitit᷑
Per fidem deus sue veritatis lumine ani
mam dirigit. Per spem sue potestatis iu/
uamen erigit. Per caritatem sue bonita/
tis dulcedine trahit. trahẽdo suauiter al/
licit. alliciendo secũ eam spiritualit᷑ vnit.
⁊ tanqꝫ virginem castam sibi despõsando
coniungit. Virginitas em̃ mentis in hoc
cõsistit vt fides sit integra. spes solida. ca/
ritas sincera.

De quatuor virtutibus cardinali/bus. Capitulum tercium.

Unt autem alie quatuor virtutes
Prudentia. temperantia. fortitu
do. iusticia. que cardinales cõmu
niter nominant᷑. Vel propter earũ premi
nentiam. aut pncipalitatẽ qua ceteris vir
tutibus moralibus preferunt᷑. vt alie ad
eas quodãmodo reducuntur. Vel quia
sicut hostium cardini sic moralis conuer
satio eis innititur. Vel quia sicut cardo
stabilis manet in quo hostium vertit᷑. sic

he virtutes stabiles sunt. licz ea circa que versant illa videlicet quibus ad vltimuz finem vtendum est continua mutabilitate voluant. Prudētia igitur animā tenet in rationabili veritate. ne ab ea per ignorantiam. errorem aut curiositatē recedat. Temperantia eā tenet in mediocri necessitate. ne p superfluitatem aut diminutionē excedat. Fortitudo tenet in animi equalitate ꝛ quadaz equali stabilitate ne aduersitas eum deijciat. Justicia in proximi vtilitate ne ei noceat sed vtiliter pficiat. He itaqꝫ virtutes in homine motus viriū aīe dirigunt. Prudentia actum rationalis q̄ est bonum et malum discernere. Temperantia actū ꝯcupiscibilis. qui est velle bonum delectabile Fortitudo actum irascibilis. qui est aggredi arduum et sustinere difficile. Justicia ṽo actus hoīs quos alie virtutes dirigunt respectu sui. vires omnes circuiendo dirigit respectu pximi Harū quoqꝫ virtutū numerus et sufficiētia ex eorū officijs ꝺclaratur. Prudentia quasi lumē preferens intellectum dirigit Triplex aūt alia virtus eam quasi lucernam sequens affectū pficit. videlicz tēperantia respectu eius qđ infra nos est. fortitudo respectu eius quod contra nos est Justicia ṽo respectu eius quod iuxta nos est. aut supra nos est id est proximi ꝛ dei. Prudentia ergo est in eligēdis. temperantia in vtendis. fortitudo in tolerandis. iusticia in distribuendis. Haꝝ preterea virtutū effectus ꝯtra quatuor originales defectus militant. contra ignorantiā prudētie cognitio. contra ꝯcupiscētiā tēperātie moderatio. contra infirmitatē fortitudis roboratio. contra malignitatē iusticie rectitudo. His deniqꝫ quatuor virtutibus velut quatuor p̄ciosis lapidibꝫ christi spōse corona quasi totidem stellis rutilās decorat. Prudentiā habet a parte anteriori vt caueat a malis futuris. Justiciā a parte posteriori. vt satisfaciat de preteritꝭ. tēperantiam a dextris ne eleuet in prosperꝭ fortitudinē a sinistris ne succumbat in aduersis.

De distinctione virtutum cardinaliuz ſm quosdam philosophos.

Capitulum quartum.

Quidam autem philosophi predictas ṽtutes varijs gradibꝫ distinxerunt. dicentes quatuor esse quaternaꝝ genera virtutū. Ex his prime politice nominant. secunde purgatorie. tercie animi iam purgati. quarte exemplares. Politice sunt hoīs inq̄ꝫtum sociale animal est. His boni viri reipublice consulunt et vrbes tuentur. His parētes venerantur. liberos amant. proximos diligunt Prudētie vero hominis politici officiū est vniuersa que cogitat vel agit ad rōnis normam dirigere ac nihil preter rectum velle vl' facere. Temperātie nihil appetere penitendū. in nullo moderatiōis legem excedere sub iugo rōnis cupiditatē domare. Fortitudinis est animū supra periculi metuz agere. nihilqꝫ nisi turpia timere. tolerare fortiter vel aduersa vl' prospera. Justicie vero seruare vnicuiqꝫ quod suum est.

Secunde virtutes quas purgatorias vocant. hominis sunt inq̄ꝫtum diuinitatis capax est. solūqꝫ animū eius expediūt. qui decernit se a corporis cōtagione purgare. ꝛ quadaz humanoꝝ fuga. solis se ingerere diuinis. He sunt ociosorū q̄ rerū publicarū actibus se sequestrant. Has q̄dam virtutes philosophantiū nominant apud quos virtutū officia sic dispensant. Prudentie esse dicūt mundū istum et oīa que in mūdo sunt diuinorū ꝯtemplatiōe despicere. oēmqꝫ animi cogitationē in sola diuina dirigere. Temperātie omnia relinquere inquātum natura patitur q̄ corporis vsus requirit. Fortitudinis nō terreri animā a corpore quodāmodo ductu philosophie recedentē. nec altitudinez pfecte ad superna ascensiouis horrere. Justicie ad vnā propositi huius ꝯsentire viam. ꝛ in hanc dirigere vnicuiusqꝫ virtutis obsequium. Tercie virtutes sunt purgati defecatiqꝫ animi. et ab omni mūdi huius aspergine detersi. Illic prudentie est diuina non quasi in electionē pferre sed sola nosse. et hec tanqꝫ nihil aliđ sic intueri. Temperantie terrenas cupiditates non reprimere sed penitus obliuisci. Fortitudinis passiones ignorare nō vincere. vt nesciat irasci. cupiat nihil. Justicie ita cum superna et diuina mente sociari. vt imitādo perpetuum cum ea fedus seruet. Quare virtutes exemplares dicuntur que in ipsa diuina mente cōsistūt a quarum exemplo ydeali reliquę oēs

per ordinem defluunt. Illic prudētia est mens ipa diuina. Temperantia quoq̧ q̄ in se perpetua intentione ꝯuersa est. Fortitudo est ꝙ semper eadem manet. nec aliq̄ndo mutat᷑. Justicia ꝙ ꝑenni lege a sempiterna operis sui continuatione non flectitur. O q̈ felices illos philosophos dixerim qui premissos virtuose sublimitatis gradus non tam verbis eloqui q̈ factis assequi meruerint. Sꝫ non ē hec infidelium sed christianorū philosophorum ꝑfectio. nec humane industrie opus sed diuine gratie. Utinā tamen philosophi christiani. vtinam theologi. vtinā religiosi et prelati hec que a gentilibus philosophis dicta et scripta sunt memorit᷑ teneant. ⁊ ea que illi propria virtute superbe ꝓ̄sumere ausi sunt hūiliter ꝑficere deo auxiliante studeant.

De virtutum distinctione ſm philosophos peripathethicos.

Capitulum quintum.

Licet autē peripathethicorū philosophoꝝ ṗnceps Arestotiles etiā quandam virtutē heroycam somniauerit. quam velut diuinaꝫ quasi supra humanitatis vires posuit. hanc tamē parum prosecutus. de virtutibus solū quātum naturalis ratio patitur locutus est. ⁊ eas in ethycis distinguens in intellectuales ⁊ affectionales diuisit. Quarū numerum et officia in tractatu nostro ꝺ anima hoc modo breuiter collegimus. Intellectuales enim virtutes dicuntur que ītellectum ꝑficiunt Et he quinq̧ sunt Ars. prudentia. scientia. intellectus. ⁊ sapiētia. quarum sufficiētia sic accipitur. Quia omnis huiusmodi virtus aut est circa contingens. aut circa necessariū. Si primuꝫ aut est circa contingens factibile. et sic est ars. aut circa contingens agibile et sic est prudentia. Est eñ differentia inter factibile et agibile sicut inter factionē ⁊ actionem. Nam actio est operatio manens in operāte. Factio ꝟo est operatio extra operantem transiens. Si autē virtus sit circa necessariū. vel est circa necessariū in essendo. sicut sunt deus et intelligentie. ⁊ sic est sapientia. vel circa necessariū in significādo. ⁊ hoc dupliciter. quia vel circa necessariū quod est cōclusio demonstrationis. ⁊ sic est scientia. vel circa necessarium quod est demonstrationis principium. et sic est intellectus. Uirtutes autem affectionales sunt que affectum seu appetituꝫ ⁊ ꝓ̄cipue voluntatem ꝑficiunt. Et he morales vocant᷑. quia ex more. id est ex assuefactione ⁊ boni operis cōsuetudine generantur. Quaruꝫ distinctio et sufficientia sic assignat᷑. quia omnis moralis ꝟtus respicit aliquod bonum tanq̈ obiectū ꝓsequendū. vel eius oppositū tanq̈ fugiendum. Omne aūt bonum circa quod versant᷑ mores hominuꝫ. aut est vtile aut honorabile. aut delectabile. Si q̇s ergo virtuose se habꝫ circa vtile aut circa vtilia cōmunia. ⁊ sic est iusticia et maxime cōmutatiua. quia capiendo large iusticiā ad multa alia se extendit. Ul᷑ circa vtilia propria sicut sunt diuitie proprie. Et hoc contingit dupliciter. quia vel simpliciter ⁊ absolute. ⁊ sic est liberalitas. vel ſm quid ⁊ cuꝫ quadam excellentia ⁊ arduitate. scilicꝫ circa magnos sumptus. ⁊ sic est magnificentia. Si ꝟo quis se habꝫ virtuose circa honorabile. Uel circa homines mediocres et hec a q̇busdā vocatur philotomia. Ul᷑ circa homines arduos et magnas dignitates. ⁊ sic est magnanimitas. Si autem circa delectabile. hoc cōtingit dupliciter Uel priuatiue. videlicet opposita delectabiliū. id est tristabilia et terribilia aggrediendo. ⁊ sic est fortitudo. vel positiue scilicet delectabilia prosequēdo. Et hoc dupliciter. vel circa delectabilia ad vitā. aut simpliciter. aut ſm quid necessaria. et sic ē temperātia. Uel circa delectabilia ad cōuersationē humanam decenter ꝑtinētia. Et hoc tripliciter. quia vel ſm actum potentie concupiscibilis. ⁊ sic est amicicia. q̄ alio nomine dicitur sodalitas. vel ſm actum potentie irascibilis. et sic est mansuetudo. vel ſm actum potentie rationalis. Et hoc iterum tripliciter. quia vel hoc cōtingit ex eo ꝙ virtuosus rationabiliter et delectabiliter se habet cum alijs in colloquijs. ⁊ sic est affabilitas. Uel ex eo ꝙ se alijs nō exhibet fallaciter. sed qualis est talem se ostendit in factis ⁊ dictis. ⁊ hec virtus vocatur veritas. Uel in hoc ꝙ complacens se habet in ludis ⁊ iocis. et hec dicitur eutropelia ab eu quod est bonum et tropos conuersio. quasi omnia cōuertēs in bonum.

De virtutibus pertinentibus ad prudentiam. Capitulum sextū.

l Icet autem peripathetici ⁊ alij gentiles philosophi ꝺ virtutibꝰ multa subtiliter disputauerint. Plura tamē et magis salubriter de eis tractauerunt theologi et philosophi christiani earū scrutatores pitissimi et pfectissimi sectatores. Ad illas tamen cardinales ꝟtutes quas ꝑnominauimꝰ singulas alias quodāmodo reducere satꝫ vtiliter conati sunt. Ad prudentiam illas que sunt circa cōsiliabilia. Ad temperātiā illas que sunt circa delectabilia. Ad fortitudinē illas que sunt circa terribilia. Ad iusticiam illas q̄ sunt circa cōmunicabilia. Hec autē qualiter efficere curauerint breuiter discurrere tentabimus. Ad prudentiā igitur ptinēt ratio siue discretio. memoria. intelligētia prouidentia. circumspectio. cautio. docilitas. Rationis seu discretiōis est inter bonum ⁊ malū. vel inter duo bona q̄d melius. aut inter duo mala quid peius sit rationis iudicio discernere. Memorie ē recordari preterita. Intelligentie prospicere presentia. Prouidentie premeditari futura. Nam prudentis animus tribus tēporibꝰ dispēsatur. preterita recordaꝛ. presentia ordinat. futura prouidet. Prouidētia enim dicitur quasi procul videns cuiꝰ officium est ex preteritis ⁊ presentibꝰ futura perpēdere. Circumspectionis est inter cōtraria vicia mediū tenere. ⁊ inter duo mala minus eligere Unde dicta est circūspectio quasi circūquaqꝫ inspectio. Cautionis est a virtutibus vicia que virtutū speciem preferunt discernere ac discernēdo cauere. Nā illa vicia pniciosius decipiunt que se sub velamīe virtutis tegūt quia tanto nequiora sunt quanto esse vitia minime cognoscuntur. Docilitas est quid aut qualiter docendū vel discendū sit erudire. Hac doctor efficit vt docēdo instruat. instruendo placeat. placendo alliciat. ⁊ ad bene agendum pmoueat Hec discipulū cauere facit in inquirendo vanam curiositatē. in studēdo vagam instabilitatem In transcurrēdo nimiam velocitatem. sicqꝫ eum dirigit vt diligenter q̄rat vtilia. stabiliter studeat salubria. pseueranter teneat q̄ esse didicerit virtuosa.

De virtutibus pertinentibus ad tēperantiam. Capitulum septimū.

a D temperantiā pertinent ꝯtinentia. clementia. modestia. sobrietas seu abstinētia. castitas seu pudicicia. Continētia regit animū q̄ntum ad appetitū boni ꝓprij. Clementia q̄ntum ad appetitum mali alieni. Modestia q̄tuꝫ ad gestum exterioris modi. Unde modestia dicitur quasi modi temperātia. Modus eñ ordinatus seruandus est exteriꝰ ꝰm persone dignitatē vel conditionē ꝰm temporis oportunitatē. ꝰm loci congruitatem. seruandus est modus in verbo. in risu. in corporis motu. in mēbrorū situ. in gestu. in habitu. in cultu. in occupatione in ocio. vel in quiete. deniqꝫ in omni virtutis actu. Sobrietas que etiam abstinentia vł quandoqꝫ parcitas dicitur. animam regit circa delectatōes que sunt ꝰm gustum Castitas ꝟo que quandoqꝫ pudicicia nominaꝛ circa delectatōes q̄ sunt ꝰm tactum ⁊ maxime q̄ntum ad coitum et hec appropriate ꝯtinentia dicitur. licꝫ cōtinentie nomē extendaꝛ. non soluꝫ ad temperantiam inordinati appetitus delectādi. sed etiam inordinati appetitus habendi. nec solum ad voluptatem carnaliū delitiarū sed etiā ad cupiditatem temporaliū diuiciarū moderationis gubernatiōe refrenandā. Magis tamen ꝯmuniter cōtinentia sumiꝛ pro castitate seu abstinētia ab omni coitu illicito. Et hec multiphariē diuiditur. Nam inter ꝯtinētes q̄dam sic ab illicito coitu abstinent q̄ licito vtūtur. quorū continētia dicitur castitas cōiugalis. Quidā ꝟo abstinent ab vtroqꝫ. ⁊ hoc in duplici statu potest contingere vł in eis q̄ habent integritatē carnis ⁊ ꝓposītum seruande ppetue incorruptiōis q̄rū est castitas virginalis. vel in eis q̄ carnis integritatē non habent quoruꝫ continentia quo ad psonas que in matrimonio fuerūt diciꝛ castitas vidualis. q̄ ad alias ꝟo nō est ei speciale nomē ipositū. licꝫ aūt cōtinētia pncipałr respiciat delectatōeꝫ coitus. q̄r illa pcipua est inter delectatōes tactꝰ. tñ etiā alias voluptates q̄ tactū alliciunt moderaꝛ. vt i suauitate vestiū. lectoꝝ vnguētoꝝ. balneoꝝ. carnaliūqꝫ ꝯtactuuꝫ nō solū genitaliū. sed ⁊ aliorū membroꝝ.

Temperantia insuꝑ adhibenda est nō
solum circa delectationes sensuū gustus
⁊ tactus. sed etiā visus auditus et olfactꝰ.
sed nō sunt vsitata nomīa virtutū que his
tribus appropriantur sensibꝫ.

De virtutibus pertinentibus ad for-
titudinem.

Capitulum octauum

D fortitudinē pertinēt magnani-
a mitas. fiducia. securitas. patiētia.
constantia. magnificentia. quarū
partium sufficientia sic accipit̃. quia forti
tudo ⁊ animi debilitatē expellit et eiꝰ ma-
gnitudinē efficit. Inquātum vero fortitu-
do debilitati opponitur. triplex ꝑ eaꝫ ani
mi debilitas expellitur. Prima est nimia
passibilitas a malo futuro que timiditas
vocatur. ⁊ contra hanc est securitas. Se
cūda est nimia passibilitas a p̄senti malo.
que teneritudo vel animi mollicies dicit̃.
et contra hanc est patientia. Tercia est ni
mia instabilitas in ꝓposito que similis vir
ge debili aut arūdini vento agitate facili-
ter in omnē ꝑtem flectitur. et contra hanc
est constantia. Inquātum vero fortitudo ani
mi magnitudinē efficit tribus partibꝫ di-
stinguitur. habet eīm eius actus ꝑncipiū.
medium ⁊ finem. Quantū ad principiuꝫ
ad eam pertinet magnanimitas. que ē ra
tionabilis terribiliuꝫ aggressio. Quantū
ad medium fiducia que est rei inchoate se
cura ꝓsecutio. et eam ad finem ꝑducendi
firma spes ⁊ expectatio. Quantū ad fineꝫ
magnificentia. que est rerum gestarū felix
consummatio.

De virtutibus pertinentibus ad iusti
ciam.

Capitulum nonum.

D iusticiā ꝑtinent multe virtutes
a quas varij varie assignant. Nam
quidam eam diuidūt in seuerita-
tem ⁊ liberalitatē. Est autē seueritas vir-
tus debito supplicio coercens iniuriā. li-
beralitas vero virtus beneficiorū eroga
trix. quam ꝓ affectu benignitatem. pro ef
fectu beneficentiā vocant. et hec tota con
sistit in tribuendo et retribuēdo. Quaꝫ in
septem ꝑtes diuidunt. religionē. pietateꝫ.
innocentiā. amiciciam. reuerentiam. con
cordiam. misericordiā. Quidam vero iusti
ciam in quinqꝫ ꝑtes distribuunt. videlicꝫ
obedientiā que est respectu suꝑiorū. disci
plinā que est respectu inferiorū. equitateꝫ
que est respectu paris. veritatē et fidelita-
tē que ad omnes ꝑtinent. Quidam auteꝫ
duo ad iusticiaꝫ ꝑtinere dicūt. s. velle oībꝫ
ꝓdesse ⁊ nulli nocere. que duobꝫ p̄ceptꝭ le
gis naturalis ꝯueniūt. Sed generali-
or ac ꝑfectior iusticie diuisio hoc mō pote
rit assignari. Nam cū sit officium iusticie
vnicuiqꝫ reddere quod suū est. quedā de-
bemus omnibꝫ. vt dilectionē caritatē ⁊ fi
dem. Quedā vero nō oībus generaliter sed
specialiter aliquibus debemus. vt quedā
suꝑioribus. ꝗdam inferioribꝫ. quedā eq̄li
bus vt iam p̄tactum est. Sed ⁊ aliq̄d spe-
ciale debemus nobis specialiter ꝯiunctis
vt parentibꝫ ⁊ patrie beniuolis ac consan
guineis pietatē. His aūt qui beneficia
conferunt gratiā. His qui mala inferunt
vīdicationē His ꝗ miserabiliter mala fe-
runt misericordiā. Ampliꝰ inter ea que su
periori debent̃. aliquid est qđ soli deo de-
bet̃. vt latria que a ꝗbusdā vocat̃ religio. Latria
Aliud qđ soli đbet̃ creature. vt dulia que Dulia
grecum nomē est. qđ latine seruitus inter
p̄tat̃. Et licet seruitus cōmunis deo ⁊ cui
cunqꝫ alteri q̄nqꝫ dulia vocetur. tamen si
cut latria dicit̃ cultus soli deo debitus et
exhibitus. vnde et ydolatria est qua id qđ
soli deo debet̃ ydolis datur. sic dulia ap-
propriate nuncupatur honor seu cultꝰ de
bitus et exhibitus creature. Aliud aūt
est quod ⁊ creatori ⁊ creature debetur. et
vtriqꝫ licet s̄m magis ⁊ minus exhibet̃ vt
reuerentia et obediētia. De p̄dictis vero
et his que ad ea ꝑtinent multa essent dicē
da que maius opus requirerent. Ampli-
us inter ea que inferiori debent̃ specialit̃
est correctio seu disciplina. Et hec ē mul
tiplex. vna est omnibꝫ cōmunis. quā debe
mus corpori ꝓprio vt ip̄m castigādo subij
ciamus spiritui. quod fit abstinentia ieiu
niorū. asperitate vestiū. duricie lectorū. la
bore vigiliarū. ꝑegrinationū. verbeꝝ. ⁊ si
que sunt similia. Alia est etiam genera
lis quam debemus ꝓximo. vicꝫ fraterna
correctio. ꝗsquis eīm peccat in hoc ꝗdam
mō proximo subijcit̃. vt ab eo secreta disci-
plina fraternaliter corrigat̃. Alia ē spe
cialis quam maiores debent populo sibi
subdito. et hec duplex. vna sp̄ualis perti-
nēs specialiter ad prelatos ecclesiasticos
vt est contumacium excommunicatio.

Alia eſt temporalis magis pertinēs ad ꝓncipes terrenos. vt malefactorū punitō que fit materiali gladio. Amplius īter ea que pari ſeu equali debemus. ſpecialiter eſt equitas. que eſt equalitatꝭ amor in his in quibus debet eſſe equalitas. et hec valde neceſſaria eſt diſpenſatoribꝫ in rerū adminiſtratione. mercatoribꝫ iñ venaliū cōmutatione. iudicibus in cauſaꝝ examinatione. De ſingulis aūt iuſticie aliarū ꝗꝫ ꝑmiſſarum virtutum ꝑtibus proſequi ꝑſentis operis breuitas nō patitur. ſed ſolum earū diſtinctionē hic ſupꝑficialiter tetigimus vt deuotus quiſqꝫ in orto ſpirituali anime ſue ꝯſideret quantū earū plantatio fructificet. ⁊ ex earum fructu quātū deguſtatio mentem eius vel reficiat vł ad eternorum ꝑmiorū ſuauitatem ꝑguſtandam alliciat.

Latria
Dulia

Tercia pars.

Terciam couſideratione᷑ proſequitur tercie partis capitulum primum.

Expeditis itaqꝫ duabus conſiderationibꝫ ꝑoribus. iam terciam aggredimur. quam de ꝑguſtatiōe ꝑmiorū intitulauimus. Expurgatis eīm vitijs ⁊ plantatis virtutibꝫ. dignuꝫ eſt vt ex orto ſpūali fructus bonorū operū ⁊ virtuoſorū meritorū in hac vita colligamus et in futura eternorū premiorū ſuauitateꝫ guſtemus. Sunt aūt nōnulli qui hāc ſuauitatem fructuoſiſſimā etiā in vita ꝑſenti quodāmodo ꝑguſtare merenꝭ In qͥbus illud ꝓpheticū impletur Guſtate qm̄ ſuauis eſt dominus. Quod vtiqꝫ hi faciliꝰ aſſequunꝭ in ocio religionis ꝙꝫ in ꝑlationis officio. facilius in ſolitudine ſpirituali ꝙꝫ in temporali ſollicitudine. faciliꝰ in vacatione ꝯtemplatiue vite ꝙꝫ in occupatione actiue. dicente domino p. ꝓphetaꝫ Uacate et videte quoniā ego ſum deus. Per vacationē igitur ⁊ ſpūalem qͥeteꝫ ad diuinam viſionē ⁊ ꝯtēplationē ꝑtingimꝰ. ac per hoc ad illam ꝑmiorū ſuauē preguſtationē quā hic inqͥrimus. ⁊ ideo de contemplatione et quomodo ad eam ꝑuenimus agendum eſt.

De actiue ⁊ cōtemplatiue vite comparatione.

Capitulum ſecundū.

Sunt igitur duodecim ꝑrogatiue que a ſapientibꝫ aſſignanꝭ. in quibus vita ꝯtēplatiua videtur actiue ꝑminere. Prima quia ꝑfectior. eo ꝙ rei ꝑfectiori ac meliori intendit ſcilicꝫ deo. Actiua ꝓ proximo. Unde inter hāc ⁊ illam hec diſtantia eſt. quia actiua in opibꝫ iuſticie ⁊ proximi vtilitate verſatur. Contemplatiua aūt vacans ab omni negocio in ſola dei dilectione defigiꝭ. illa mundanis rebus bene vtitur. iſta mundo renuncians ſoli deo viuere delectaꝭ. dicēs cum ꝓpheta. mihi adherere deo bonum eſt.

Secunda. quia eſt in dei cognitōe clarior. quod figuratū eſt in Lya que lyppis erat oculis. Mens eīm que contēplando ocia appetit ſicut Rachel melius et clariꝰ videt ſed pauciores filios deo generat. qͥ ꝓ ad laborē actionis et predicationis ſe dirigit. ſicut lya minus videt ſꝫ amplius parit. Tercia ꝙ eſt mundior ⁊ pulcrior Hinc de Rachel dicitur ꝙ erat decora facie ⁊ venuſto aſpectu. ⁊ de ꝯtemplatiōe ſapientie ſcriptum eſt. vie eius vie pulcre.

Quarta quia eſt ſecurior. facile eīm laqueos peccatorū euadit in terris qui oculos habet in celis Ideo de tali viro ꝯtemplatiuo ſcriptum legimus Amantiſſimꝰ domini habitabit confidenter. Quinta ꝙ eſt quietior. ideo de Maria diciꝭ ꝙ ſedens ſecus pedes domini audiebat verbum illius. Maria ergo ſedet. quia contemplatiua pacatis viciorū tumultibus. optata iam in chriſto mentis quiete fruiꝭ Martha ſtat. quia actiua laborioſo deſudat certamine. Nam ⁊ ſollicita eſt ⁊ turbatur erga plurima. Sexta. quia eſt iocūdior. Martha enim cōuiuium parat domino. Maria vero iam in conuiuio domini iocundaꝭ. Contemplatiua ergo vita merito maior eſt ꝙꝫ actiua. quia hec in vſu preſentis oꝑis laborat. illa vero ſapore intimo venturam iam requiē deguſtat.

Septima. ꝙ eſt ꝑmanentior. Ideo dictum eſt Maria optimā partem elegit qͥ non auferetur ab ea. Contemplatiua eīm incipit hic et in celeſti patria perficietur. Actiua vero cum corpore deficit. quia in eterna vita panem eſurienti non porrigit vbi nullus eſurit. Nec cetera opera pietatis agit. quia eis non ibi opus erit.

6

Octaua est quia deuotior. vnde maria
christum vnxisse in euangelijs legit̃. In q̃
vnguento deuotionis dulcedo. ⁊ in Ma
ria contẽplatio designatur. Nona ẽ. qꝛ
deo familiarior. ꝓpterea per Johannẽ eu
angelistam figurat̃. qui in cena supra pec
tus domini recubuit. vbi celestia secreta
contẽplando didicit. Decima quia p̃ci
osior. eoqꝫ sit rarior. Actiua em̃ cõmunis
multorũ est. Cõtemplatiua ṽo paucoꝝ
quod in archa noe figuratuꝫ est que infe/
rius valde lata ⁊ ĩ summitate secreta erat.
Undecima ꝙ est celesti vite similior qꝛ
similia opera ad ꝯtemplatiuã ꝑtinent q̃/
lia ad vitam beatam. Ibi nanqꝫ vacabi/
mus ⁊ videbimus. videbimꝰ ⁊ amabimꝰ.
amabimus ⁊ laudabimꝰ. Duodecima.
quia est vltimo fini ꝓpinquior. nam acti/
ua ad cõtemplatiuã. Cõtemplatiua ṽo in
deum immediate ordinat̃. Qui ergo ꝓ̇us
in actiua vita ꝓficit bene ad ꝯtemplatõeꝫ
ascendit. quod in Jacob figurat̃ ad queꝫ
Lya ꝓ̇us q̃ꝫ Rachel introducta legit̃. In
quo etiam designat̃ ꝙ p̃latus debet se pri
us in campo actionis exercere. deind̾ ad
montẽ ꝯtemplationis ascendere sicut mo
yses fecisse scribit̃. Sic em̃ vtriqꝫ vite de
bet intendere vt qñqꝫ cũ Martha ꝑ acti/
uam in varietate curaꝝ quasi a se recedẽs
circa ꝓ̇imũ sollicitus laboret. quandoqꝫ
ṽo cum Maria ꝑ ꝯtemplatiuam in vni/
tate cogitationũ. quasi ad se rediens erga
deum solitarius vacet. ⁊ in illud vnũ om/
nes anime vires recolligat. de quo dicit̃.
porro vnũ est necessariũ.

De his que ad contemplationẽ dispo/
nendo preueniunt.

Capitulum terciũ.

a D hanc autẽ ꝯtẽplationẽ quedaꝫ
disponendo p̃ueniunt. quedã ad
iuuando ꝓficiunt. quedam ꝯsum
mãdo ꝑficiunt. de quibus hic breuiter ꝓ/
seq̃mur. In ꝓ̇mis ḡ dicimus ꝙ sex sunt
que inter alia specialiter ad ꝯtẽplatõeꝫ di
sponẽdo p̃ueniũt ⁊ p̃ueniendo disponũt.
videlicꝫ. quies. solitudo. silentiũ. lectio. o/
ratio. ⁊ meditatio. In tribꝫ ꝓ̇mis hoc dili
genter obseruandũ est. vt nõ sint implica
ta terrenis affectionibꝫ. nõ ociosa a medi/
tationibꝫ spũalibꝫ. nõ infructuosa in vir/
tuosis opibꝫ. Et tunc implebit̃ qđ de his
tribꝫ breui verbo Hieremias ait. Sede/
bit solitarius ⁊ tacebit. qꝛ leuabit se supra
se. Quid est leuare se supra se nisi per ꝯtẽ/
plationẽ sup̃na ascẽdere. Ad hoc aũt etiã
alijs tribꝫ adiuuamur. Nam lectiõe ĩstrui
mur. oratione erigimur. meditatione diri
gimur. His nanqꝫ quasi tribꝫ scale gradi
bus ad celestia subleuamur. Nec ad hoc
ꝓ̇mus gradus sine aliorũ connexione suf
ficit. qꝛ ad sapientie ꝯtemplationẽ non at
tingit lectionis instructio. nisi assit ad ere
ctioneꝫ mentis orationis deuotio. Quip
pe cum em̃ illa donũ dei sit. fatuꝰ esse ꝓba
tur quia sine diuino auxilio sua industria
ad eam ꝑuenire presumit. dicente scriptu
ra. qui indiget sapientia postulet eã a deo.
licet tamẽ contẽplatio sapientie principa
liter procedit a diuina gratia. iuuari nihi
lominus potest humana industria ⁊ ad h̾
ꝑ meditationẽ id est intentam mentis cõ
siderationẽ dirigimur. Solet autem int̾
meditationẽ seu ꝯsiderationẽ ⁊ ꝯtempla/
tionẽ assignari distinctio. licet sepe pro in
uicem indifferenter vtamur. Meditatio
em̃ seu consideratio ꝓprie ad rerum inqui
sitionẽ. contemplatio ṽo ad earum certi/
tudinẽ ꝑtinet vt consideratio sit intẽta ad
inuestigandũ cogitatio. contemplatio au
tẽ indubia rei seu veri apprehensio seu in
tuitio.

De his que ad contemplationem adiu
uando proficiunt

Capitulum quartum.

l Icet autem virtutes omnes gene
raliter. tamẽ specialiter dona spi/
ritussancti ad contemplationẽ ad
iuuando proficiunt hac videlicet ratione
quia animã iuuant ad operandũ faciliter
et expedite. Cuius rei gratia scienduꝫ est
ꝙ cũ septeꝫ principales virtutes sint de q̃
bus superius diximus. sunt tamen septeꝫ
spũssancti dona que ysa. loquens enume
rat. Requiescet inquit super eũ spũs dñi spi
ritus sapientie ⁊ intellectus. spũs ꝯsilij et
fortitudinis. spũs scie et pietatis ⁊ spũs ti
moris domini. Sunt etiam octo beatitu
dines quas xp̃s in monte discipulis p̃di/
cauit. Sũt p̃terea duodecim fructꝰ spũs/
sancti q̃s apl̾s noiat. caritas. gaudiũ. pax
patiẽtia. lõganimitas. bonitas benignitas
mãsuetudo. fides modestia. ꝯtinẽtia. casti
tas. Et licet hec oĩa tã dona q̃ꝫ beatitudi
nes ⁊ fructus sint ṽtutes aut ṽtutũ effectꝰ

tamē inter hec quidam ita distinguūt vt virtutes dicant inq̄tum aīam inclinant ad operandum recte Dona inq̄tum eam adiuuant ad opandum faciliter et expedite. Beatitudines inq̄tum eleuāt ad operandū pfecte. Fructus ꝟo inq̄tum alliciunt ꝛ reficiūt ad opandum delectabiliter ꝛ iocunde. Sed quia predicti fructus cū virtutibus donis ac beatitudinibus manifeste coueniunt. de eis nihil. de alijs ꝟo pauca dicemus. Et primo septem dona hoc modo distinguimus. Nā p ea spiritussanctus contra septē tentamēta nos muniendo instruit. contra stulticiam sapientia. contra hebetudinē intellectu. cōtra pcipitationē consilio. contra malū timorē fortitudine. contra ignorantiā scientia. cōtra duriciā pietate. contra supbiam diuino timore. Quatuor aūt predictoruꝫ malorū ad intellectū. alia tria ad affectuꝫ videnꝫ ptinere. Nam stulticia siue insipientia est quando intellectus sapore terrenoꝝ impeditur a gustatione celestiū et supnorum. Hebetudo est grossicies intellectus qua impeditur ne in creaturꝭ creatorem agnoscens penetret interna misterio rū. Precipitatio est defectus deliberationis in his que sunt ardua ꝛ ad pfectionem salutis ptinent. Ignorantia est defectus discretionis in his que cōmuniter agenda sunt. Contra primū est donū sapientie quo agnoscunꝫ supiora. Cōtra secundū est donū intellectus quo agnoscūtur interiora. Unde ab intus legendo dicitꝫ intellectus. ꝛ intellectio quasi intus lectio. Contra terciū est donū consilij quo agnoscunꝫ piculosiora. Contra quartuꝫ est donū scientie quo agnoscunꝫ inferiora ꝛ agibilia minora. Triū aūt malorū que ad affectū ptinent. vnum est respectu dei. scilicet supbia que est inordiata excellentia animi. contra quā est donum timoris. Aliud respectu ꝓximi. scilicꝫ duricies cōtra quam est pietas. Tercium respectu inimici seu mali aduersi videlicꝫ timoris pusillanimitas. contra quā est fortitudo.

Horū quoqꝫ donorū tria ptinēt ad diuina. Nā dono intellectꝰ cognoscitur dei veritas Dono sapiētie gustatur eius suauitas. Dono timoris honoratur eius sublimitas. Alia aūt ptinēt ad humana. q̄ diuidunꝫ in ea que agenda sunt cōmuniter ab omnibꝫ ꝛ sic sunt sub precepto q̄ꝺ ptinet ad salutꝭ necessitatem. ꝛ sic circa hec est donum pietatis. cui in his lumē pstat donū sciētie. Uel in ea que specialia et ardua sunt ꝛ cadunt sub consilio tanq̄ ptinentia ad salutis pfectionē. ꝛ circa hec est donum fortitudinis. cui in his lumē prestat donum cōsilij. Horū preterea donorū tria ptinent ad intellectum. scilꝫ. dona sciētie. cōsilij. ꝛ intellectus. Tria ad affectū. videlicꝫ dona pietatis. fortitudinis ꝛ timoris. Donum ꝟo sapientie quodam modo ad vtrūqꝫ videtur ptinere. quia est eius ꝓprium nō solum videre sed gustare. Unde et sapiētia dicitꝫ quasi sapida seu saporosa scientia. Horū deniqꝫ donorū duo ptinent ad contēplatiuā. videlicet sapientia ꝛ intellectus. quia dono sapientie deum contēplamur in se. dono aūt intellectus in creaturis. Alia q̄nqꝫ ptinent ad actiuam. qꝛ timore declinamus mala. pietate aūt ꝛ fortitudine adiuuāte lumie sciētie ꝛ consilij bona proseq̄mur. Licet tamen inter dona sapientia primo loco et timor vltimo nomieꝫ. nihilominus a dono timoris sapientie ꝯtēplatio inchoatur sicut scriptū est Initiū sapiētie timor dn̄i. donis vero medijs proficiendo ad perfectionem appropinquatur. sed dono sapientie contemplationis perfectio consummatur.

De his que ad contemplationē cōsummando perficiunt.

Capitulum quintum.

Pater illa ꝟo que contemplatiōis cōsummationeꝫ pficiunt seu eius pfectionē efficiunt. specialiter ponēde sunt octo beatitudines euāgelice. et eo videlicꝫ qꝛ mentē eleuant ad opanduꝫ pfecte vt supra tetigimꝰ. In illis eī̄ octo doctrine sue regulis expssit xp̄s cōpendium totius euāgelice legis ꝛ xp̄iane pfectionis. ex q̄bus alia dependent oīa. Un̄ vt illius doctrine pfectionē ꝛ sublimitatem ostēderet. eam daturꝰ ascendit in montē.

Ideo aūt beatitudies noianꝫ. qꝛ in eis consistit btitudo vie quodāmō ꝓpinq̄ beatitudini patrie. ꝛ ei in aliquibus pfectiōibus consimilis Naꝫ hm̄oi beatitudo nobis in via presentis vite possibilis. in tribꝫ consistere dicitꝫ. In altitudine sapientie suauitate cōscientie. virtutis sublimitate.

Has igitur beatitudies ita possumus
distinguere. In illis em̄ anima ad bonuz
⁊ contra malum ꝑfecte ordinaꝛ Ad bonū
quippe ordinate se habet si modica bona
modicū diligat. si ꝟo bona esuriat ⁊ sitiat
⁊ si eis ita adhereat vt nulla pena ab eis se
pari valeat. Ad p̄mū pertinet Bt̄i paupe
res spiritu. Ad secūduz Beati qui esuriūt
⁊ sitiunt iusticiā. Ad tertiū Beati qui ꝑse
cutionē patiunꝛ propter iusticiaz. Ad ma
lum ꝟo quis ordinate se habet si nulli ma
lum inferat. sed sibi illatum vel gratis as/
sumptū equanimiter ferat. si alteri illatuz
ꝓ posse auferat. si studiose cauet vt nec in
q̇neꝛ a malo culpe nec ꝑturbeꝛ a malo pe
ne. Ad primū ꝑtinet. beati mites. Ad secū
dum. beati qui lugent. Ad tercium. beati
misericordes Ad q̄rtū. beati mūdo cord.
Ad quintum. beati pacifici. In prima
aūt beatitudine est ꝑfectionis inchoatio.
scilicz in pauꝑtate spūs seu humilitate. qr
prima virtus christianorū est humilitas.
in beatitudinib᷒ medijs est ꝑfectionis cō
summatio. In vltima ꝟo ꝑfectionis ostē/
sio. Ad ꝑfectionē itaq̄ duo ꝑtinent scilicz
purgari a noxijs. ⁊ repleri bonis Primuz
ad pauꝑtatem spūs ⁊ ad māsuetudinē ꝑti
net. quia pauꝑtas spūs fugat mala q̄ no/
bis ꝓueniunt a bonis que in nobis vl' cir
ca nos sunt. sicut amorem ⁊ sollicitudinē
seculi. Mansuetudo ꝟo fugat mala q̄ ve
niūt nobis ab aduersis que ꝯtra nos sūt.
videlicet ꝑturbatiōes animi. Secun/
dum aūt. id est repletio boni ad alias q̇n/
q̄ beatitudines ꝑtinet Est em̄ duplex bo
num. videlicz bonū expediēs ſm quid vt
est medicina vl' incisio mēbri ꝓ salute cor
poris Et est bonū simpl'r ⁊ absolute expe
diens. Ad primū ꝑtinent luctus. peniten
tia ⁊ ꝑsecutionis patientia. quib᷒ salubri/
ter quis hic eligit cruciari vt possit in fu/
turo cōsolari Ad bonum aūt simpliciꝛ
ꝑtinent quatuor sequentes beatitudines
Due p̄me ad actiuā. Alie ad ꝯtemplatiuā
Beati q̄ esuriūt iusticiā respicit bonū q̄d
debemus de necessitate. Beati misericor
des bonū quod facimus ex supererogatō
ne. Aliarū duarū que ꝑtinent ad contem
platiuaz prior ꝑtinet ad intellectū. videlz
cordis mundicia. cuius est videre deum.
Posterior ad affectū. scz pacis tranquilli
tas. cuius est p̄parare deo mēt' habitacu
lum. dicente ꝓpheta. In pace factus est lo
cus eius. His itaq̄ octo gradibus mira/
bilem ꝑfectionis scalaz xp̄us nobis erexit
cuius vtraq̄ extremitas celū tangit. Ideo
in ꝯmendatione prime beatitudinis ⁊ vl/
time dicitur. qm̄ ipsorū est regnū celorū.
hic videlicet in spe ⁊ finaliter in re. quam
iam quodāmō possident in celestis suaui
tatis pregustatione.

De consideratiōe eorum que nos su/
mus vel que in nobis sunt.

Capitulū sextum.

D Istinximꝰ plura q̄ aliqualiter ad
ꝯtemplationē pertinere videntur
Nunc aūt ea distinguamus circa
que contemplationis cōsideratio versaꝛ.
Licet em̄ proprie et p̄ncipaliter contēpla
tio solum respectu dei sit. tamen etiā eius
ꝯsideratio quodāmodo se extendit ad res
alias ꝓut in deum ⁊ in eius cognitionem
ad dilectionez referunꝛ. Tria sunt igiꝛ ad
que huiusmodi cōsideratio extendiꝛ. vide
licet ea que nos sumus vel que in nobis
sunt. ea que circa nos sunt. ⁊ ea que supra
nos sunt. de quibus breuiter est dicendū
Igitur q̄ntum ad ea que nos sumus vl' q̄
in nobis sunt tria considerare debemus.
scilicet mirabilem humani corporis cō/
positionē. mirabiliorē corporis et spiritꝰ
connexionē. ⁊ mirabilissimā anime ratio
nalis conditionē ¶ Circa primū cōside/
randū ⁊ admirandū est dei artificiū in de
bita vniuersoꝝ membroꝝ ꝓportiōe. in or/
dinata tam exteriorū q̄ interiorum sensu
uum distinctione. In pulcra deniq̄ hu/
mani vultus decoratione. quem propte/
rea sursum erectū formare voluit vt ho/
minem ad celestium diuinorumq̄ contē/
plationem factum esse ostenderet. Ideo
vt poeta inquit. Pronaq̄ cum spectēt a/
nimalia cetera terram Os homini subli/
me dedit celumq̄ videre Iussit ⁊ erectos
ad sydera tollere vultus.

¶ Circa secundū vero in ipsa cōnexione
anime ad corpus illud singulariter admi
ratione dignum est quod nō solū ip̄m ad
vitam ⁊ ad sensum animare potest. sed in
hoc etiam quodāmodo similez deo habi
tudinez tenet. Nam quemadmodū deus
in omni creatura sua inuenitur vbiq̄ to/
tus. sic anima licet simplex sit ⁊ indiuisibi
lis per omnia corporis mēbra diffusa est.

Et sicut deus in mundo omnia solo vo/
luntatis nutu creauit. omnia mouet. om/
nia regit atq3 disponit. sic aīa in toto cor
pore vbiq3 tota quasi in suo quodam mū
do omnia mēbra mouens eis vires influ
it. actiuitatē prestat ⁊ sepe sola voluntatis
libertate agere imperat/ vt ideo merito sa/
pientes quidam hominē microcosmū id
est minorē mundū nominare voluerint.

¶ Circa tertiū aūt ipsam conditionē ra/
tionalis anime diligēter meditari ⁊ vehe/
menter mirari debemus. Nam anima ni
hil recte existimat que seipsa3 ignorat. Ne
scit ꝙ sub pedibus suis omnis mundana
gloria iacet. que ꝯditionis sue dignitate3
non pensat. Nescit omnino quid de spiri
tu angelico. quid de diuino sentire debe
at. que seipsam prius nō cogitat. Cogita
igit̄ o anima nature tue excellentiam/ quō
te fecerit deus ad ymaginē ⁊ similitudinē
suam. quomō in triplici aīe potentia. me
moratiua sc3 intellectiua et volitiua in te
sancte trinitatis ymaginem impresserit. q̊
modo in virtutibus varijs in te suā simili
tudinem expresserit. quō te sup̱ omnē cor
poream creatura3 sublimauerit. quō in te
omniū creaturaꝝ ꝑfectionē quodāmodo
in vnum collegerit. et tibi cū insensibilib9
esse. cū plantis viuere. cum brutis sentire/
cum angelis intellectualiter ꝯgnoscere/ et
libere velle ꝯtulerit. quomodo cum eis te
indiuisibilem ac ꝑpetuam ⁊ dei capacē at
q3 in eo solo quietabilē de nihilo creaue/
rit. Cogita etiam circa oꝑatōes anime
volubilitatē cogitationis. agilitate3 yma
ginationis. ingenij acumē. discretōis exa
men. capacitatē memorie. viuacitate3 in/
telligentie. ⁊ circa hec alia plura stupēda.
de quibus in tractatu nostro de aīa cō/
pendiose multa collegim9 Sed ne tue
naturalis dignitatis cōsideratio te extol/
lat. tue etiam imꝑfectionis defectum con
siderare necesse est/ vt vnum ꝑ aliud tēpe/
retur. Agnosce itaq3 quid fueris. quid sis/
quid esse debueris. quid esse poteris. quid
fueris per naturā. quid sis per culpa3. q̇d
esse debueris per tuam industriam. q̇d ad
huc esse possis per diuinam gratia3. Nūc
malorum tuorū reminiscens. ꝯsidera vbi
fueris. nunc diuinoꝝ iudiciorū sententiā
metuens. cogita vbi eris. nunc mala p̄sen
tis vite attendens. solerter merens. agno
sce vbi sis. nunc bona sup̱ne patrie contē
plans. salubriter lugens. conspice vbi nō
sis. Considera deniq3 o homo diffinitōe3
tuam. q2 animal es rōnale mortale. vnde
quia rationalis es. cum deo et angelis ꝑ/
ticipans mentem in celum erigere. ⁊ quia
mortalis es/ cum terrenis animalibus vi
uens mortem meditari ⁊ metuere finē de
bes. Hinc a poeta dictu3 est. O felix mor
tale genus si semper haberet Eternū pre
mente bonū. finemq3 timeret.

De cōsideratione eorum que iuxta seu
prope nos sunt.

Capitulum septimū.

His consideratis que nos sumus.
aut que in nobis sunt. ad ea consi
deranda transeam9 que circa nos
sunt. Et hec triphariē distinguunt̄ Nam
quedam iuxta vel prope nos. quedam cō
tra nos. quedam pro nobis seu ꝓpter nos
sunt. Primo ergo q̄ntum ad ea que iux
ta vel prope nos sunt. id est ꝓximos nr̄os
ꝯsiderāda sunt coꝝ oīa. hoc est tā ꝑfectoꝝ
q̄3 ꝑuersoꝝ bona ⁊ mala. vt inde elucescat
q̇d imitari ⁊ quid vitari expediat. vt ex bo
nis discas vnde deo gratias agere. ex ma
lis vero quid corrigere debeas. Ad hanc
ꝯsiderationē ꝑtinet bona ꝓrimorū medi/
tari ad imitationis emulationem/ ⁊ ad dei
laudem ⁊ grāꝝ actionē. mala ꝟo ad nr̄am
eruditionē/ ⁊ eoꝝ emēdationē ac cōpassio
nē. Nam cum ex caritate proximos nr̄os
etiā inimicos sicut nosipsos diligere. id ē
eoꝝ ꝑfectionē ⁊ salutē ⁊ eis grām ⁊ glīam
optare debeam9. ꝯn̄s est vt eoꝝ bonis cō/
gaudere ⁊ eoꝝ malis cōdolere. sicut ꝓprijs
teneamur. Ideo dicit apl'us Caritas nō
querit q̄ sua sunt. quia sua reputat aliena
⁊ q̄ alioꝝ sunt q̄rit tanq̄3 ꝓpria Igitur qui
hanc habet oēs ꝓpter deū amat. Sic tn̄
in homine amat naturā vt culpam odiat.
nullū tn̄ ꝓpter culpā sp̄nit. nullū ꝯtemnit.
nullū iudicat. nullū se indigniorē q̄ntū ad
gratuitā dei electionē aut finalē dilectio/
nē reputat. Sed q2 nemo scit an amo/
re vl' odio dignus sit. ipse sua vl' alioꝝ pec
cata tanq̄3 ꝓpria deflēs. sibi ⁊ oīb9 ꝯgruen
tia bona desiderat. In h̄ aūt desiderio ita
debitū sapiētie ordinē seruat vt bona ma
iora minorib9 p̄ferat. sicut corꝑa reb9. ani
mas corꝑib9. sp̄ualia tꝑalib9. etn̄a caduc3

De ꝯsideratiōe coꝝ q̄ ꝯtra nos sunt.

8

poſſit cū ſorore ſua de filioꝝ adoptōe exul/
tare. ſi igiť vt dictū eſt. ꝑ zelphā ſenſualita/
tē debem⁹ accipe. quā aliā q̄ſo virtutis ꝓlē
p̄t ipa gignere. niſi vt diſcat ꝛ in rebꝫ ꝓſpe/
ris tꝑanť viuere. ꝛ in aduerſis patiētiā hře
Jſti ergo gad et aſer duo filij zelphe rigor
videlicȝ abſtinētie. ꝛ rigor patiētie. ħ eſt ge
mia ꝟtutū ꝓles quā zelpha q̄dē parit. i do
lore tñ. ad magnā felicitatē ꝛ btitudinē do
mine ſue. qꝛ ꝑ abſtinētiā ꝛ patiētiā caro q̄/
dē affligiť. ſȝ ad magnā inde pacē ꝛ tranq̄l
litatē anim⁹ cōponiť. Hic eſt ꝙ nato gad.
lya exclamat dicēs. Feliciť. Et iteꝝ aſer na
ſcēte ꝓnūciat. Hoc ꝑ beatitudīe mea. Un
de ꝛ gad id eſt felicitas dicitur. ꝛ aſer bea/
tus ſeu beatitudo noiať. Sȝ qñ queſo lya
ancillā ſuā viro ſuo traderet. vel tales ado
ptaret. niſi ſororȝ ſue exēplo ꝓuocata fuiſſet

20

Prius em̄ sp est vt ancilla rachel redi/
gatur sub viri ptāte. q̃ȝ ancilla lye. qꝛ si imagi
natōis euagatio. q̄ fit p inutiles cogitatio/
nes pius nō repmit̄. sensualitatꝫ imoderat⁹
appetit⁹ minie tpat̄. Et h̄ de filijs zelphe.

De mandragoris ruben.

n Atis itaqꝫ gad ꝛ aser. Jam tp̄s in
stat q̄ ruben mādragoras iueniat
si tn̄ eū foras ire nō pigeat Per ru
ben vt p̄dictū est timorē dei accipim⁹. q̄ in
tus ē qn̄ in secreto cordis. in ꝯspectu dei. i
nr̄a cōscia trepidam⁹. sꝫ foras exit qn̄ ꝓpter
deū. etiā hoib⁹ nos ad oēm obediētiā incli
nam⁹. Exit g̃ ruben tpe messis tritici. qn̄ ex
impio obediētie. exercet se timor in opibus
iusticie. Tūc aūt ruben mādragoras inue
nit. q̄s ab ipo mr̄ ei⁹ lya accipit. qꝛ p mādra
goras q̄ odorē suū solent late spargere. bo
ne opiniōis famā debem⁹ accipe. q̄s q̄dem
tūc lya accipit: qn̄ oblata laus affectū tan/
git. qn̄ in laudis sue pconijs anim⁹ afficit̄.
ꝛ pueꝛse delectat̄ Hoꝝ partes rachel petit
lya ꝯcedit. vt viꝝ accipiat. q̄ plis desideriū
flagrat. qꝛ suadet affectōi rō. humani fauo/
ris appetitū sub suo moderamie tpare. si ad
multiplicādā virtutū plez. cupit de diuini
spūs copl'a gaudere. Nouit em̄ rachel me/
lius q̃ȝ lya mandragoris vti. qꝛ quicq̄d af/
fectio cordis vsurpat ad laudē sui. recti⁹ sa
ne rō retorquet ad gl'iam dei. Recte aūt ru
ben p̄ ceterꝫ filijs lye post natos gad ꝛ aser
mandragoras iuenisse dicit̄. qꝛ quelibet ex
opib⁹ p̄clarıs abstinētie ꝛ patiētie ad timo
rē nō ad tumorē pfecisse. maxie laudam⁹ ꝛ
miramur.

De Jsachar q̄nto filio lye.
Capitulū septimū.

p Ostea g̃ quinto loco lye fili⁹ Jsa/
char nascit̄ Hic ē internū gaudiū
ꝛ spūalis dulcedo. q̄ intus sentit̄.
quā tūc veracit̄ habem⁹. qn̄ de veris ꝛ iter
nis bonis gaudem⁹ Pro tali ple libent̄ lya
mādragoras ꝯtempsit. vt talē filiū habere
possit. Mens etem̄ q̄ in laude hoīum dele
ctat̄. q̄d sit ineternū gaudiū expiri nō mere
tur. Recte aūt p⁹ natiuitatez gad ꝛ aser lya
talē filiū genuit. qꝛ nisi p abstinētiā ꝛ patiē
tiaꝫ. mens hūana ad veꝝ gaudiū nō ptin/
git. Oportet g̃ nō solū falsaꝫ delectatōꝫ sed
etiā vanā pturbationē excludere. q̄ vult de
veritate gaudere. Jsachar aūt merces iter
p̄tat̄. qꝛ ex nr̄is laborib⁹ tale gaudiū veꝝ. p
seueranti longanimitate expectam⁹. Cui⁹
gaudij dulcedinē. scriptura nūc gustū nūc
ebrietatē vocat. vt q̃ȝ sit p̄ua vl' magna ostē
dat. Praua quidē ad ꝯpatōꝫ future pleni/
tudinis. magna aūt. in ꝯpatōne cuiuslibet
mundane iocūditatis.

De sexto lye filio zabulon.
Capitulū octauū.

p Ost Jsachar zabulon nascit̄ q̄ ha
bitaculū fortitudis interp̄tat̄. per
quē intelligim⁹ odiū bonū. odiuꝫ
ordinatū. odiū vicioꝝ. De q̄ ꝓpheta. Perfe
cto odio oderā illos. Et iteꝝ. Omnē viam
iniq̄tatis odio habui Hic est ille egregius
miles dei. q̄ bella dn̄i p̄liari nō cessat. ꝛ quē
vsitato noīe scriptura zelū dn̄i vel zelū re/
ctitudinis appellat. Recte g̃ post Jsachar
qui merces interp̄tat̄. zabulon id est habi/
taculū fortitudinis nascit̄. quia post degu/
statā eterne mercedis dulcedinē. anim⁹ mi
rabilit̄ ꝯtra tēptationes roborat̄. ꝛ ideo sua
pericula puipendēs. dn̄i iniurias fortiter
vlciscit̄. Jste est zabulon. q̄ irascendo iram
dei placare ꝯsueuit. qui pie seuiēdo. dn̄ ho
minū vicia corrigit. eis q̄i nō pcendo meli
us parcit. Absqꝫ dubio nil sic placet deo q̄
modo zelus aniaꝝ Judā aūt ꝛ isachar p̄/
us q̃ȝ zabulon. lyam pepisse legim⁹ Et per
iudā charitatis amorē. p isachar spirituali
um gaudioꝝ expientiā significari iam dixi
mus. Prius itaqꝫ iudā ꝛ isachar nasci ne/
cesse est. qm̄ mens q̄ charitatis ꝛ interne su
auitatis adhuc expers ē. rectitudinis nor/
mā i suo zelo s̄uare minie p̄t. Oꝫ etiā zabu
lon nō solū delinq̄ntes corrigere. sꝫ ꝛ tēpe
tribulatōis ꝯtra psequētes defensare. alio
quin ver⁹ zelus non est. si paratior est ad fe
riendū q̃ȝ ad ptegendū. Ideo habitaculuꝫ
fortitudinis merito interpretat̄ Zabulon.
quia perfectus zelus. tanq̃ȝ forte domicili
um ꝛ firmiter munitū debꝫ infirmiores cō
tra omnia pericula. doctrina ꝛ oratione p̄/
tegere ꝛ vndiqꝫ munire. ꝛ in hoc non soluꝫ
infatigabiliter. sed etiā insuperabiliter per
seuerare. Magna aūt est hec virtus. cuius
officio quisqꝫ non solū seipm contra vicia
munit. sed etiam alios a peccatoꝝ laqueis
eripere contendit. ꝛ quoꝝ nō potest malici
am in meli⁹ mutare. nitit̄ saltē resistēdo rep
rimere. Quā maiorē gratiā potest de⁹ homi
ni ꝯferre. q̃ȝ vt ei⁹ ministerio. puersi hoīes i
melius cōmutent̄. ꝛ vt de filijs dyaboli fi/
lij dei efficiantur. An forte cuiq̃ȝ maius

videbit̃ eẽ mortuos ſuſcitare. Ergo ne ma
ius erit ſuſcitare carnẽ iteꝝ morituram ꝙ̃ a/
nimã ieternũ victurã. ⁊ carnẽ reuocare ad
gaudia mundi ꝙ̃ aĩe reſtituere gaudia celi
Merito ergo zabulon nato. exclamat ma/
ter eiꝰ lya. Ditauit me dñs dote bona.

De dina filia lye ſeptimo genita.

Capitulum. ix.

ſ Ed poſt has ſex virtutũ ſoboles.
poſt vicioꝝ odiũ. nullꝰ iõ p̃ſumat
ſe ſine vicio eſſe. aut i hac vita oĩa
peccata plene deſerere. aut ꝑfecte vitare. i/
mo eos ſepe ꝑ quos deꝰ alioꝝ errata corri/
gere diſponit. ex magne pietatis diſpenſati
one. grauiter cadere ꝑmittit. vt ex ꝓpria cul
pa diſcant. ꝙ̃ miſericordes in alioꝝ corre/
ctione eſſe debeãt. Sꝫ q̃ntũ putas erube/
ſcũt. ⁊ cũ quali ſe humilitate deiciũt q̃ ſe in
id vñ alios corrigunt. vl' forte in aliqđ gra
uius lapſos ꝯſpiciũt. q̃ alijs in ſtatu recti/
tudinis formã p̃buere debuerũt. Hinc eſt
ꝙ poſt zabulon naſcit̃ dina. qꝛ ſepe poſt ni
miũ zelũ. interueniẽte culpa. ſequit̃ humil'
verecũdia. Nihil em̃ aliud intelligimꝰ ꝑ di
nam niſi verecũdiã. ſꝫ ordinatã. qꝛ ſolũ pec
catũ erubeſcere. eſt bonã verecundiã hr̃e ⁊
ordinatã Sꝫ q̃ zabulon nõ dũ gignere me
ruit. fruſtra ſe dinam poſſe gignere credat
Diſce p̃us peccatũ odiſſe. ⁊ tũc incipies ve
raciter erubeſcere. Jlle pudor verꝰ eẽ cog/
ſcitur quẽ vicioꝝ odiũ p̃cedit ⁊ comitatur
Hũc nõ habẽt q̃ ampliꝰ erubeſcũt hr̃e ſor/
didã veſtẽ ꝙ̃ ſordidã mentẽ. aut q̃s magis
puderet in orõe feciſſe barbariſmũ ꝯ regu
lã p̃ſciani. ꝙ̃ ꝑtuliſſe mẽdaciũ ꝯ regulã xp̃i
Uel q̃s in p̃dicatõis officio. dũ ꝯ ſuꝑbiaꝫ
diſputãt ſi forte breuẽ loq̃ndi ſillabã ꝑdu/
cerẽt. magꝭ eos puderet de vicio orõnis ꝙ̃
de vicio elatõis. Nõ eſt credendũ hãc eẽ il
lã verecũdiã. quã intelligere d̃bemꝰ ꝑ dinã
nõ te credaſ dinã genuiſſe ⁊ ordinatã vere
cundiã hr̃e. ſi minꝰ erubeſcꝭ pudẽda cordis
ꝙ̃ corꝑis. ſi magꝭ verearꝭ vultũ hoĩm ꝙ̃ cõ
ſpectũ dei ⁊ angelorũ. Diligent̃ igit̃ ꝯſide/
rãti ꝙ̃ ſit raꝝ atq; paucoꝝ. humanã verecũ
diã plene viciſſe ⁊ ſolã illã q̃ ordinata ẽ poſ
ſidere. nõ erit vñ mirari debeat cur tal' cõplẽ
tã ſero lya pariat vl' ꝯcipiat Sꝫ ne de noĩs
rõne p̃teriſſe videamur. dina iudiciũ iſtud
iterp̃tat̃. Hoc itaq; ẽ illud iudiciũ q̃ q̃ſq; a
ꝓpria ꝯſciẽtia ꝯueniẽter ꝯuincit̃. ꝯdẽpnat̃.
⁊ digna ꝯfuſiõis pena mulctat̃. vere iudici
um mirabile digneq; ꝓnunciãdũ cũ demõ
ſtratõis admiratõe. in q̃ q̃nto q̃ſq; ſeipꝫ ar
dẽtiꝰ diligit. tanto in ſeipo acriꝰ ſeuit. in q̃ ſi
bi parci vehemẽtiꝰ cupit. tãto minꝰ ip̃e ſibi
ꝑci. Nõ tñ ſine cã fuit ꝙ pꝰ natũ zabulon.
deꝰ lye nõ filiũ ſꝫ filiã dare decreuit. q̃ fris
audaciã blande mitigaret. ⁊ blãdicijs deli
niret. Ualde g̃ oportunũ videt̃ ꝙ pꝰ zabu/
lon q̃ iratũ ⁊ zelantẽ animũ gerit. dina na/
ſcẽdo ſuccedit. vt ex ſororꝭ lenitate. fris fero
citas tꝑet̃. mltũ em̃ zelãtis anĩ ĩpetũ tꝑat.
cũ in ſeipo iuenit q̃s vñ erubeſcat. Sꝫ qꝛ
dina nil magnificũ molit̃. tribũ in populo
iſrahel facere nõ meret̃. imo etiã ſepe dum
plus iuſto ꝯfundi metuit. ad fortia virilia
nõ ſolũ nõ ꝯualeſcit. ſed ea etiã p̃pedire cõ
ſueuit. Sꝫ ꝙ̃uis velut femia pauida ſit ad
oꝑa fortitudinis. iuenit̃ tñ ꝓuida ad cuſto/
diã honeſtatis. Et ꝙ̃uis neſciat placere ꝑ
fortitudinẽ. placet tamẽ ꝑ forme pulchri/
tudinẽ. quia modeſtia verecũdie in ſui dile
ctione allicit. ⁊ ſe homĩbꝫ cõmendabileꝫ et
amabilẽ reddit. Unde quia verecũdie ve/
nuſtas ab om̃ibꝫ fere ꝯmendat̃. laudatur.
amat̃. dinã egredientẽ ⁊ intima ſua deſerẽ/
tem. ⁊ q̃ eã humiliare ꝯſueuerat. infirmita
tis memoriã. cito obliuiſcentẽ. ſubito ho/
minũ laudes excipiũt. ⁊ eã dũ fauoribꝫ de/
mulcẽt. corrũpunt. Dũ ergo in oblata lau
de delectat̃. ꝑ ſychen id eſt amorẽ vane glo
rie. filiũ ſcꝫ emor id eſt amoris ꝓprie excellẽ
tie. corrũpit̃. Totiens em̃ ſychen. quaſi vi/
olentia quadã potiꝰ ꝙ̃ volũtate. dinã nolẽ
tem opprimit. quotiẽs mentẽ modo inuitã
ad turpẽ laudis delectatõꝫ trahit. Certe ſi
dina ſemꝑ per humilitatẽ ꝑuula fuiſſet. vl'
intra thalami ſui ſecreta ſeipam cohibuiſ/
ſet. nec corruptõis maculã incurriſſet. nec
tantoꝝ maloꝝ que in corruptõis ſue vindi
ctaꝫ ſecuta ſunt. cauſa extitiſſet. Hec de no
uiſſimis liberis lye dicta ſufficiãt.

De Joſeph p̃mogenito rachelis.

Capitulũ. x.

ſ Ciendũ aũt eſt ꝙ affectus predi
cti tunc veraciter creduntur bo
ni. quando ſunt nõ ſolũ ad finẽ de
bitũ ordinati. ſꝫ etiã ꝑ debitum modũ atq;
mẽſurã moderati Timor em̃ nimiꝰ ſepe ca
dit in deſperationẽ. dolor in amaritudinẽ
ſpes immoderata in preſumptioneꝫ. amor
ſuperfluus in adulationẽ. leticia ſuperua/
cua in diſſolutionẽ. ira intꝑata in furorẽ. ⁊

ita virtutes in vicia vertunt. si per discretionem minime moderant. Hic est ille Joseph qui sero nascit. sed a patre plus ceteris amat. qr sine discretione virt⁹ nulla ꝯsūmatur. nulla ꝯseruat. Sz vix sero talē filiū accipere meremur. quia ad discretionis ꝑfectionē nō sine magno vsu. nō nisi per magꝫ expimenta erudimur Multa quidē de discretione legendo. multa audiēdo discim⁹ multa ex insito nobis ratiōis iudicio. Verūtamē in hac nūq̄ ad plenū erudimur sine expientie magisterio. Prius est ergo vt satagamus singulis virtutib⁹ studium frequens impendere. quod dum facimus necesse ē nos sepius cadere. oportet nos sepe resurgere. ⁊ per frequentē lapsum addiscere. qua vigilantia. qua cautela oporteat virtutū bona acq̄rere vel custodire Sic mēs diu exercitata. ad plenā morū discretōez ꝑducitur. ⁊ quasi de nato Joseph iure letat Patet aūt rō cur nec ipa quidē lya cur nec ancillaꝝ vlla sed rachel sola potuerit talē filiū gignere. Siq̄dem nō est sensualitatꝫ. nō imaginatōis. nō deniq̄ ipius affectōis. sed solius est rōnis discernere. sicut ⁊ intelligere. Joseph ergo de rachele. qr discretio de ratōe. Hic est ille Joseph q̄ solus inter fratres tunica talari vestit. quia sola illa actio ad ꝯsummatōis talū. debitiq̄ finis terminum ꝑducitur. que per discretōis prudentiā moderat. Hic est Joseph ille sompniator sompniorūq̄ interpretator. qr vera discretio in ipius temptatōis articulo. int ipa suggestionū fantasmata. ex eoꝝ qualitate. futura ꝑicula deprehendit ⁊ de eis cautos reddit Hic est Joseph quē emulant sui. venerant alieni. quē vendūt hebrei. emūt egiptij. qr citius ꝯsilio acq̄escunt. faciliusq̄ aliene prudentie cedūt. erroris sui tenebras ꝯgnoscentes. q̄ de sua iusticia aut sapiētia ꝑsumentes. Nouit itaq̄ ioseph nō solū cuz crescentib⁹ crescere. nō solū cū ꝓficientib⁹ ꝓficere. veꝝ etiā ex fratrū defectu ad ꝓfectū tendere. ⁊ ex alioꝝ detrimētis. prudētie lucra ꝯquirere. Unde merito talis filius Joseph id est augmentū nuncupat. ⁊ de ipo recte ꝑ patrē ei⁹ dicit. Filius accrescens Joseph. quia ei⁹ virtutis incremētū vsq̄ in finem nō finit. Ipe est q̄ fratrū suoꝝ negligētias nō negligit. q̄ eoꝝ excessus arguit Ipo ꝑsente nō licz eis quicq̄ vltra vires ꝑsumere. aut aliq̄d per negligentiaz ꝑtermittere. i ei⁹ ꝑsentia nō eis licet siue ad dexteraz siue ad sinistrā declinare. Hinc est illa īter ipm ⁊ fratres discordia grauis. ⁊ ira pene iplacabilis. Monita enim Joseph vident eis valde grauia. dura instituta. ꝯcilia īportabilia. Quid nanq̄ durius quid difficilius q̄ nil faciēdū negligere. ⁊ in omi suo facto nunq̄ modū ꝑturbare. nunq̄ ordinem cōfundere. aut mensuram excedere. Nihil a se animus difficilius extorquet. q̄ vt in oī affectione sua modum seruet Ad officium itaq̄ Joseph pertinet cura ⁊ custodia omnium fratrum suorū ⁊ disciplina singulorum. ad ipm spectat dispositio gerendorū. ad ipm ꝓuidentia futuroruz. ⁊ vt breuiter concludā debet hic noster Joseph totum interioris ⁊ exterioris hominis statū ⁊ habitum. quantuz possibile est. plene cognoscere. nec solū qualis sit. verū etiā qualis esse debeat subtiliter q̄rere ⁊ diligenter inuestigare. Per hunc itaq̄ Joseph animus assidue eruditur ⁊ quandoq̄ perducit ad plenam cognitionē sui. sicut per vterinuz fratrem eius beniamin quādoq̄ subleuatur ad ꝯtemplationem dei.

De beniamin secūdo rachelis filio omniū vltimo.

Capitulum. xj.

s Icut eni per Joseph gratiā discretionis. sic per beniamin intelligimus gratiā cōtemplationis. Uterq̄ de eadē matre nascitur. quia ⁊ dei cognitio ⁊ sui. ex ratione ꝑcipitur. Longe tamen post Joseph beniamin gignitur. qr animus qui in sui cognitione diu exercitatus. pleneq̄ eruditus nō est. ad dei cognitionem non sustollitur. Prius est vt cognoscas īuisibilia spiritus tui. q̄ possis eē idoneus ad cognoscenda inuisibilia dei. Precipuum enim ⁊ principale speculum ad videndum deuz animus rationalis inuenit seipsum. cum legamus hominē ad dei imaginem ⁊ similitudinem esse factū. Hoc itaq̄ speculum non desinit verus Joseph tenere. tergere ⁊ īspicere. tenere. ne deorsū corruens. terrenis per amorem inhereat. tergere. ne inanium cogitationuz puluere sordescat. inspicere. ne ad vana studia intentionis sue oculum reflectat. Exterso autez speculo ⁊ diu diligenter inspecto. incipit ei quedam diuini lumīs claritas interlucere ⁊ insolite visionis radi⁹ oculis ei⁹ apparere

de quo ꝓpheta. Signatū est super nos lu/
men vultus tui dn̄e. Ex hoc itaqꝫ lumīe vi
dendi deū. flammā desiderij ꝯcipit ⁊ fidu/
ciam sumit. Mens ergo que iam visionis
huius desiderio flagrat. si iam sperat qđ đ
siderat. iaꝫ se beniamin ꝯcepisse cognoscat
sperando eīm cōcipit. desiderādo parturit.
⁊ quāto ampliꝰ crescit desideriū. tanto ap/
propinquat ad partū. Sꝫ dicit scriptura
Spes que differtur. affligit animū. nouit
rachel. cui tanta pariendi anxietas ⁊ dolo
ris immēsitas. ideo pre dolore partus mo
riens. vocauit hunc filiū bēnoym. id est fi/
lium doloris. Sed pater eū in circūcisiōe
noīauit beniamin. id est filiū dextere. scꝫ de
xtere excelsi. id est gratie dei. Ad hanc nan
qꝫ gratiā nunq̄ꝫ pertingit mens per ꝓpriam
industriā. dei est hoc donū nō homīs meri
tum. licet hoc accipiat nemo sine ingēti stu
dio ⁊ ardenti desiderio. Ideo rachel studi
um multiplicat. ⁊ desideriū suū quotidia/
nis incrementis acrius inflammat. In tā
ta itaqꝫ quotidiani conatꝰ anxietate. in hu/
ius doloris immēsitate. ⁊ beniamin nascit̄
⁊ rachel morit̄. quia cū mens supra se met/
ipam rapitur. humanā ratione supergre/
ditur. ⁊ ad id quod supra se est eleuata. ⁊ in
extasim rapta. cū in diuinitatis lumine cō/
spicit humana ratio succumbit. Quid est
eīm rachel interitꝰ. nisi ratōis defectꝰ. Non
ne rachel mortua tunc erat. ⁊ oīs huma/
ne rōnis sensus in apostolo defecerat. q̇ di
cebat. siue corpe siue extra corpꝰ nescio deꝰ
scit. Ad quē statū gloriat̄ se nō quidē isse. sꝫ
raptū fuisse. Scio inquit hominē raptum
fuisse in tertiū celū. Sꝫ q̇d est celū ħ tertiū
qđ est inter terrā ⁊ celū. hoc est inter corpꝰ
⁊ spiritū. Sed alia est dignitas spiritꝰ hu/
mani. alia spiritus angelici ⁊ longe alia ex/
cellentia spiritꝰ diuini. Ad hoꝝ igit̄ celoꝝ
quodlibet. animꝰ tunc veraciter erigit̄. qn̄
terrenarū cogitationū ima deserēs. in eoꝝ
ꝯtemplatōe defigit̄. Ad ꝓmū igit̄ celū per
tinet cognitio sui. Ad scđm cognitio spūs
angelici. Ad tertiū ꝯtemplatio dei. Possu
mus tn̄ illaꝫ que in hac vita haberi pōt co/
gnitionē. tribꝫ gradibꝫ distinguere. ⁊ ꝑ tres
celos designare. Ad ꝓmū itaqꝫ ⁊ ad secun
dū celū. homīes ascendere possunt. sed ad
aliud quod est supra rationē. nisi per men/
tis excessum supra seipos rapti. nunq̄ꝫ per
tingunt. Ideo bene de beniamin dicitur.
Beniamin adolescētulus in mentis exces/
su. Ad hunc aūt excessum ⁊ huius cogniti
onis ascensum. Christus qui sine tribꝫ dis
cipulis in montē ascendere voluit. nos si/
ne triplici studio perduci non posse figura
liter edocuit. per studium operis. per studi
um meditationis. per studiū oratōis pau/
latim ꝓmouemur. ⁊ qn̄qꝫ ad ꝑfectionē co/
gnitionis perducimur. Multa eīm experi
mur operando. multa inuenimꝰ meditan/
do. inuestigando. multa extorquemꝰ oran/
do. Christus itaqꝫ qui terrena docet in val
le. hijs tribꝫ comitibꝫ celestia docet in mō/
te. Ibi xp̄s transfigurat̄. ibi clarificatꝰ vide
tur. apparent moyses ⁊ helyas. apparēt aūt
in maiestate. nō in obscuritate littere. sed ī
claritate spiritualis intelligentie. Et hec q̇
dem discipuli stantes aspiciunt. nondū in
faciē cadunt. nondū paterna vox auditur.
nondū auditoꝝ ꝓsternitur. nonduꝫ rachel
moritur. nondū beniamin nascitur. sꝫ mox
vt paterna vox intonuit discipulos ꝓstra/
uit. quia ad id qđ diuinitus inspiratur. hu
mani sensus capacitas deficit. Qđ ergo ꝓ/
pheta per rachelis interitum. hoc euāgeli
sta designat per casum discipulorum. hoc
psalmista exprimit in beniamin per mentꝫ
excessum. Possumus tamen per mortē ra
chel ⁊ per excessum beniamin diuersa con
templationū genera ītelligere. ⁊ illa supra
rationē esse. Unum supra rationē sed non
preter rationē. aliud ⁊ supra ⁊ preter ratio
nem. vnū ad mortem rachel. alterum per/
tinet ad beniamin excessuꝫ. In primo ben/
iamin interficit matrem. vbi omnē super/
greditur rationē. in secundo etiā seipm ex/
cedit. vbi in eo qđ ex diuina reuelatione co
gnoscit. humane intelligentie modū trāscē
dit. Sed quid est beniamin in egiptum đ
scendere. nisi ab eternoꝝ contemplatione
ad temꝑalia ꝯtemplanda. intuitū mentis
reuocare. Quid est ꝙ Joseph ⁊ Beniamī
conueniunt ⁊ oscula iungunt. nisi ꝙ medi
tatio ⁊ contemplatio sepe inuicem sibi. cuꝫ
rationis attestatione occurrunt. In mor/
te igitur rachel. contemplatio supra ratio/
nem ascendit. in introitu beniamin in egi/
ptum. ꝯtemplatio vsqꝫ ad imaginationē đ
scēdit. In ꝯosculatōe beniamī ⁊ ioseph di
uine reuelatōi. humana rō applaudit.

De totiꝰ iacob spūalis genealogie epi
logo. Capitulum. xij.

Ec igitur de prole Jacob spũalit̃ i
tellecta dicta sufficiant. quam sub
breuitate sic epylogare possumꝰ Jacob est
virtuosus animꝰ. huiꝰ due sunt vxores. lya
⁊ rachel. Lya est affectio. rachel ratio. Ha
rum due sunt ancille bala ⁊ zelpha Lye ser
uit zelpha id ẽ affectioni sensualitas. rache
li bala id ẽ rationi imaginatio Ex hijs om
nis ꝟtutũ ples ꝟ ordine nascendo ꝓgredit̃
Quattuor ꝑmi filij lye sunt. ꝑmus ruben.
timor pene. secundꝰ symeon. dolor peniten
tie. tertius leui. spes venie. quartus iudas.
amor iusticie. Deinde nascunt̃ duo filij ba
le. Primꝰ dan. consideratio futuroꝝ malo
rum. secundꝰ neptalim. speculatio futuro/
rum bonoꝝ. Postea duo filij zelphe. Pri/
mus gad. rigor abstinentie. secundꝰ aser. vi
gor patientie. Post istos tres nouissimi lye
liberoꝝ sunt. isachar. gaudiũ ꝯscientie. za/
bulon. odiũ malicie. Dyna. venustas vere
cundie. Postremo sequunt̃ duo filij rache
lis. ꝑmus Joseph. discretio seu ꝯsideratio
sui. secũdus ẽ beniamin. ꝯtemplatio seu vi
sio dei. vel ioseph. prudentia vera. Benia/
min vero. intelligẽtia pura. vt ad ioseph ꝑ/
tineat illud genus ꝯsideratõis qđ est ꝺ mo
ribus. Ad beniamin illud genꝰ qđ est de in
uisibiliꝰ. Prudẽtia vera quã discernimꝰ a
prudentia carnis. est de acq̃rendis mł'tipli
candis ⁊ ꝯseruandis moribꝰ bonis. Intel
ligentia pura quã sequestramꝰ ab admixti
one imaginatõis. est de ꝯtemplãdis ⁊ ꝯpre
hendẽdis rebꝰ ⁊ inuisibilibꝰ ⁊ eternis. Hec
ergo ex ꝓlibato libro Richardi breuit̃ col/
lecta sunt. vt huiꝰ breuitatis suauitas. ⁊ su/
auis vtilitas. ad ꝑlegendũ totũ aliũ librũ
⁊ alia ab eo de ꝯtemplatõis ⁊ charitatis ꝑ/
fectione ꝯscripta mentẽ lectoris alliciat. et
inde ad virtutis ⁊ salutis ꝓfectũ ꝑueniat.

Tractatus tertius huius compendij.
de spiritualibꝰ sensibꝰ hominis ad ꝯtempla
tionis ꝑfectionẽ ꝑtingentibus.

D contemplati

a onis apicem ⁊ ꝑfectionis eiꝰ cul
men cũ mens humana vsu quĩ
ꝗ₃ spiritualiũ sensuũ ꝑueniat. de quibꝰ in li
bello quẽ speculũ ꝯsideratõis intitulamus
vbi quedã vtilia de ꝯtemplatione breuiter
collecta sunt que ipsius operꝭ breuitas ple/
ne ꝯsiderare nõ ꝑmisit. Ideo specialiter ꝺ
eis ⁊ eoꝝ distinctõe tractare decreuimus.

Huius aũt tractatꝰ erũt. xiij. capła breuia.

Capitula tertij tractatus.

Primũ de sensuũ corꝑaliũ ⁊ spiritualiũ
distinctione. Secundũ de sensuũ difficili
cognitione. Tertiũ de eoꝝ exꝑimentali no
ticia ⁊ eius ꝑfectione. Quartũ de ipsoꝝ dis
tinctione ꝑmo penes potẽtias rationales.
Quintũ de hmõi distinctõe penes actꝰ vi/
tales. Sextũ de eoꝝ distinctõe penes rati/
ones obiectales. Septimum in speciali de
spirituali sensu auditus. Octauũ de spiri/
tuali sensu visus. Nonũ de spirituali sensu
olfactus. Decimũ de spirituali sensu tactꝰ.
Undecimũ de spirituali sensu gustꝰ. Duo
decimũ de hoꝝ sensuũ impedimẽtis. Tre
decimũ de eoꝝ remedijs ⁊ iuuamẽtis.

De sensuum spiritualiũ ⁊ corporaliũ
distinctione.

Capitulum primũ.

T ex diuinis scripturis ⁊ sanctoꝝ di
ctis colligit̃. sicut quinq₃ sunt sensus
corporales exterioris homĩs. sic interioris
homĩs ꝓportionabiliter sensus quinq₃ spiri
tuales assignant̃. Uñ in li. de spiritu ⁊ ani/
ma dicit̃. ꝙ duo sunt in homĩe sensus. vnꝰ
exterior alius interior. cũ eñ homo cõstat
ex anĩa ⁊ corpore seu carne. ⁊ in carne sunt
quinq₃ sensus visus. auditus. gustus. odo
ratus. ⁊ tactus. quos tam̃ nõ mouet absq₃
anime societate. ita anĩa suo mõ habet q̇n/
q₃ sensus. quia spirituales res nõ corꝑali/
bus sensibꝰ. sed spiritualibꝰ rimande sunt.
De spirituali visu in Deutro. diuina voce
dicit̃. Uidete quia ego sum solus. De spiri
tuali auditu in Apocalipsi. Qui habet au/
res audiẽdi audiat quid spiritꝰ dicat eccle
sijs. De spirituali gustu in ꝑs. Gustate ⁊ vi
dete quoniã suauis est dñs. De spũali ta/
ctu in euangelio loquit̃ xp̃us. q̇ se mulierem
magꝭ fide q₃ manibꝰ vel corꝑe tetigisse ostẽ
dit dicens. Quis est qui me tetigit. De spi
rituali odoratu ait sponsa in canticis. In
odore vngẽtoꝝ tuoꝝ currimꝰ. De hijs sen
sibꝰ dicit Bernardꝰ libro de amore dei. ꝙ si
cut corpus habet suos quinq₃ sensus qui/
bus anime ꝯiungit̃ vita mediante. sic ⁊ ani
ma habet sensus quinq₃ quibꝰ deo ꝯiungit̃
mediante charitate. Ideo dicit apł'us. No
lite ꝯformari huic seculo. sed reformamini
in nouitate sensus vestri. Per sensus ergo
corꝑis veterascimꝰ ⁊ huic seculo ꝯforma/
mur. Per sensus vero mẽtis. in agnitõem

De spiritualibus sensibus

dei renouamur.

De sensuum spiritualiuz difficili cognitione.

Capitulũ.ij.

s Ed horum sensuum spiritualiuz distinctionem cognoscere ac eorum officia et actus atq obiecta plene discernere non facile est. quia hoc nemo perfecte nouit nisi qui experimento ꝓbauit. Licet tamen inexperti. quantum nobis deus dederit. hos sensus distiguere tẽptabimus. Quidaz aũt eos ita distinguũt vt spiritualis visus dicatur in quantũ per eum videtur dei summa pulchritudo sub ratione splendoris. Auditus in quantuz ꝑ euz auditur eius summa armonia sub ratione verbi. Gustus in quantum per eum gustatur summa dulcedo sub sub ratione sapientie comprehendentis vtrũq scilicet verbum ⁊ splendorez. Odoratus in quantum per eum odoratur summa fragrantia sub ratione verbi inspirati in corde. Tact᷒ vero in quantum per eum astringitur summa suauitas sub ratione verbi incarnati ⁊ inter homines habitantis corporaliter et reddentis se nobis palpabile ⁊ amplexabile seu osculabile per ardentissimam charitatem.

De sensuũ spiritualiũ experimentali noticia ⁊ eoꝝ perfectõe.

Capitulũ.iij.

s Ed quia hec obscura sunt. Ideo id qd querimus clarius distinguere volumus si valemus. dicimus ergo in primis ꝙ spirituales anime perceptiones dicuntur sensus. in quantuz sunt noticie experimentales. est autez experientia. obiecti presentis certa noticia. qua obiectum ipsum actu vitali a potentia perceptiua realiter attingitur. Unde quantũcunq auctoritatem vel rationem haberez fidem vel opinionem aut scientiaz qd mel est dulce. propter hoc non haberem experimentalem noticiam de illo. nisi gustum exteriorem illud gustabile presentialiter ⁊ realiter attingere contigisset. Simile est de gustu interiori ⁊ aliĳs sensibus spiritualib᷒ Unde si ego lego vel audio quoniã suauis est dominus. non ideo de hoc experimentalem noticiam habeo. nisi gustus spiritualis attingatur a diuina dulcedine. de qua expimentali gustatione dicit sponsa in canticis. Fructus eius dulcis gutturi meo. Hec autẽ spiritualis experientia paucorũ est. quia solũ perfectissimorũ dicẽte Bernardo super cantica. Quicquid de tuis occultis scimus o domine Jhesu. aut scriptura docente. aut spiritu tuo sancto reuelante. aut certe qd perfectissimorũ est gustando cognoscimus. id est noticia experimentali sentimus. Sicut ergo per sensus corporales habemus experientiam de sensibilibus. sic per sensus spirituales. licet difficulter habere possumus experientiã de spiritualibus.

De distinctõe sensuũ spiritualiuz penes potentias rationales.

Capitulũ.iiij.

s Ed iam de horum sensuum distinctione loquamur. pretermittẽtes ꝙ cum ipi habeant denoĩa tionem sensuũ corporaliũ sic cum eis quãdam habent similitudinẽ. Ideo etiam proportionaliter ad eos triplicẽ recipiunt distinctionem. Unde hos distinguere possumus. Primo quantum ad potentias in q̃bus sunt. Secundo quantũ ad actus qui ab eis procedunt. Tertio quantũ ad obiecta circa que prosequenda vel cognoscenda proficiunt. Quantuz ergo ad primam distinctionẽ. dicimus ꝙ hĳ spirituales sensus sunt in anima. scilicet spirituali substãtia scd̃m tres eius potentias principales. in quibus consistit imago beatissime trinitatis. Primo nanq in potentia memoratiua que appropriatur patri. consistere dicit᷑ spiritualis auditus Secundo in potentia intellectiua que appropriatur filio. spiritualis visus. Tertio in potentia affectiua seu volitiua. que appropriatur spiritui sancto. tres alĳ spirituales sensus scilicet olfactus tactus ⁊ gustus. ⁊ h scd̃m tres ipius voluntatis actus. videlicet desiderium. dilectionem ⁊ delectationẽ. vt ad actum desiderãdi pertineat spiritualis olfactus. ad actuz diligendi. spiritualis tactus. ad actum delectandi spiritualis gustus. Nam sicut famescẽs primo cibũ corporalẽ de longe naribus odorat ⁊ odorando desiderat. secundo ipm magis proprie manibus tangit et tangendo diligent᷑ tractat. tertio intus ore recipit ⁊ recipiendo degustat. Sic anima cibum spiritualẽ. qui deus est experimentaliter sentit. ⁊ per tres actus affectiue po-

tentie spiritualiter attingit. primo ipsum ꝑ desiderium odorans. secundo per charitatis dilectionez tangens. tertio per delectationem degustans. Et hanc distinctionez spiritualium sensuum per potentias subiectiuas aliqualiter innuit Richardus libro. iiij. de contemplatione dicens. ꝙ sicut deus per memoriam auditur. ⁊ per intelligentiam videtur. ita per affectuz amplexatur ⁊ astringitur. Ubi per affectum quo deus astringitur tres sensus spirituales. scilicet olfactus gustus ⁊ tactus comprehenduntur. ⁊ hoc ideo quia per tactum deus amplexatur. gustus autem est quidam tactus. ⁊ ideo etiam gustui deseruit olfactus

De distinctione sensuum spiritualiuz penes actus vitales.

Capitulum. v.

q Uantum vero ad secundam distinctionem horum sensuum. que attenditur penes operationes vel actus vitales que in eis sunt. ⁊ ab eis quodāmodo procedunt. Jam ex precedenti distinctiōe satis inferre possumus quales sūt huiusmodi actus. Nā ex ea sufficienter apparet ꝙ primo ad auditum pertinet diuinas inspirationes recipere ⁊ retinere. secūdo ad visuz pertinet diuinas perfectiones intelligere ⁊ cognoscere. tertio ad olfactuz pertinet diuinas promissiones desiderare ⁊ appetere. Quarto ad tactum pertinet diuinas id est charitatiuas operationes efficere. ⁊ in eis deum quasi amplexando tenere. Quinto ad gustum pertinet diuinas id est eternorum premiorū delectationes iam quodammodo specialiter attingere ⁊ suauiter sapere. Et hanc distinctionem sensuum per suas operatōes spirituales seu eorum actus vitales quibus ad deum possunt pertingere notasse videtur Hugo libro de archa noe. vbi ait. ꝙ ad deuz pertingere est eum semper ⁊ per desiderium querere. ⁊ per cognitionem inuenire ⁊ per gustum tangere. Licet autem deus dum per desiderium queritur scd̄m aliquid vt presens non attingatur. tn̄ necesse est vt scd̄m aliquid etiaz tunc vt presens habeatur. qꝛ sicut dicit Gregorius. Profecto qui deum desiderat. eum iam habet quem amat. ⁊ tamen habitus amplius queritur. quia sine fine q̄rend⁹ q̄ sine fine est diligendus vt ait Augusti. super illud ps. querite faciem ei⁹ semper.

De sensuum spiritualium distinctione penes rationes obiectales.

Capitulū. vj.

q Uantum ad tertiam distinctionē quam prediximus assignandā esse penes obiecta circa que cognoscenda vel prosequenda spirituales sensus proficiunt. Ex premissis faciliter concluditur ꝙ deus scd̄m diuersas rationes obiectales huiusmodi sensus vitaliter immutantes spiritualiter attingitur. Unde deus dicitur primo obiectum spiritualis auditus in quantum diuinis inspirationib⁹ loquens. Ipse est obiectum visus in quantū diuinis perfectionibus lucens Ipe est obiectum olfactus in quantum diuinis promissionibus alliciens. Ipse est obiectū tactus in quantum diuinis id est charitatiuis ⁊ meritorijs operationibus perficiēs. Ipse est obiectum gustus in quantum diuinis id est premiatorijs delectationibus reficiens. Et hanc distinctionem sensuum spiritualium per rationes obiectiuas aliqualiter tetigit Augustinus libro. x. cōfes. ita dicens. Quid amo cū deum meū amo. Certe non exteriora sed amo quandam lucem ⁊ quandam vocem ⁊ quendam odorē ⁊ quendam cibum ⁊ quendam amplexum interioris hominis mei vbi fulget anime mee lumen quod non capit locus. vbi sonat verbuz quod non capit tempus. vbi olet odor quez non spargit flatus. vbi sapit cibus quem non minuit edacitas ⁊ vbi heret bonū qđ nō diuellit societas.

De spirituali sensu auditus.

Capitulum. vij.

s Ed ad aliqualem declarationem ⁊ maiorem elucidationem omniū predictorum vtile iudicamus de quolibet horum sensuum particulariter ꝓsequi ⁊ ea que de eis balbuciendo loq̇mur scripturarum auctoritatibus confirmare. Primo igitur de spirituali sensu audit⁹ diximus ꝙ est in potentia anime memoratiua. quia vt Richardus ait deus per memoriam auditur. qđ ideo conueniēter dici videtur quia auditus est sensus doctrīe. Ad memoriam autem pertinet doctrinam accipere. Licet tamen auditus iste sit in memoratiua nihilominus ad spiritualiter deum audiendum opus est vt disponatur. et

abilitetur vtraqꝫ alia potentia scilicet intel
lectiua ⁊ affectiua quia sicut dicit Richar/
dus super illo verbo. Qui habet aures au
diendi audiat ⁊ cetera Ille habet aures au
diendi. qui habet sensum intelligendi ⁊ af/
fectum diligendi. Huius autem auditus
proprius actus seu officiuz est. diuinas in
spirationes recipere. ⁊ retinere. ⁊ deus est
obiectum eius in quantum diuinis inspi/
rationibus loquens. ⁊ interioribus locu/
tionibus docens. Iuxta illud ps̃. Audiaz
quid loquatur in me dominus deus. Di/
uia eni locutio interior inspiratio est. quia
sicut dicit Augustinus super Geñ. ad litte
raz. Sapientia dei non cessat loqui occul/
ta inspiratione ad intellectualem creaturã
cuius allocutionis habuit experientiã spõ
sa que dicit. Uox dilecti mei pulsantis. Et
iterum. Anima mea liquefacta est vt dile/
ctus locutus est. Hec itaqꝫ vox seu locutio
dilecti non exterior seu corporalis sed inte
rior ⁊ spiritualis intelligenda est. quia sicut
dicit Gregorius secũdo moral'. Loquitur
deus intrinsecus silenter. sonans inuisibi/
li lingua. Et vt idem ait. xxvij. moral'. Uox
domini auditur cuz gratie eius inspiratio
in mente concipitur. Et tunc sponsus cuz
sponsa. hoc est deus cum anima inuisibili
lingua spiritualiter confabulatur. Unde
Bernardus super cantica dicit. ꝙ spiritus
est verbum diuinuz. spiritus quoqꝫ est ani
ma. ⁊ habẽt linguas suas quibꝰ sibi alteru/
trum colloquantur presentesqꝫ se indicent
⁊ verbi quidem lingua est fauor dignatio/
nis. anime vero lingua est feruor deuotio/
nis.

De spũali sensu visus.
Capitulũ. viij.

DE spirituali autez visu predixímꝰ
ꝙ est in potentia anime intellecti/
ua ⁊ vt Richardus ait deus per ĩ
telligentiã videtur. ⁊ licet a domino in exo
do sit dictum. non videbit me homo ⁊ vi/
uet. qđ de beatifica visione accipiendũ est.
tamen deuz in hac vita aliqualiter videre
possumus. non soluz visione fidei enigma
tica de qua dicit apostolus. videmus nũc
per speculum in enigmate. sed etiam visio/
ne intelligentie que maior est fidei. licet si/
ne fide haberi non valeat dicente prophe/
ta. Nisi credideritis non intelligetis. Et đ
hac visione intellectuali dicit Gregorius.
xiiij. moral'. super illo Iob. Uidebit faciez
eius in iubilo. ꝙ plerıqꝫ contemplatione q̃
dam etiam prius q̃ꝫ carne spolientur hila/
rescunt. dum in iubilo faciem dei conspici
unt. qđ fit dum aliquis oculum in radio e
terni solis figit. ibi viuens lumen videt. q̃r
iã omnis mutabilitatis vicissitudine atqꝫ
obumbratione calcatis. veritati eternita/
tis inheret. huius itaqꝫ intellectualis visus
seu spiritualis oculi proprius actus seu of
ficium est. diuinas perfectiones intellige/
re ⁊ experimentaliter cognoscere. ⁊ deꝰ est
obiectum eius in quantum diuinis perfe/
ctionibꝫ lucens. quia diuine perfectiones
sũt. velut pulchritudĩes obiectales in deo
relucentes. ⁊ anime intelligentiam illumi
nantes Harum perfectionum diuina/
rũ pulchritudinem ⁊ luminositatem spon
sa in canticis experta dicebat. Ecce tu pul
cher es dilecte mi ⁊ cetera. Et iterum. Di/
lectus meꝰ candidꝰ ⁊ rubicundꝰ electꝰ ex mi
libꝫ ⁊ cetera.

De spũali sensu olfactꝰ
Capitulũ. ix.

DE spirituali vero olfactu premisi
mus ꝙ est in potentia anime affe
ctiua seu volitiua ⁊ hoc scꝫ actũ
desiderandi. quia sicut canis venaticꝰ que
rit ⁊ sequitur ceruũ per odoris olfactum.
sic anima deum per affectionis desideriuz
Ideo Iohãnes euangelista dicebat. odor
tuus domine excitauit in nobis concupis/
centias eternas id est desideria eternoruz.
Huius ergo spiritualis olfactus proprꝰ
actus seu officium est diuinas eternorum
premiorum promissiones desideranter et
feruenter appetere. Et deus est obiectũ eiꝰ
in quantum diuinis promissionibꝫ allici/
ens. quia vt dicit Dyonisius. iiij. ecclesiasti
ce ierarchie ipse est fontana copia suscepti
onum diuinarum suauitatum. refundens
de sua plenitudine diuinissimas fragran/
tias. Hee autem odorifere suauitates siue
fragrantie conuenienter intelligi possunt
huiusmodi promissiões delectabiles a co
piosissimo diuine gratie fonte proceden/
tes quibus per desiderium in deum tendi
mus. De quibꝫ ait ps̃. Sicut ceruus desi/
derat ad fontes aquaruz. ita desiderat aĩa
mea ad te deus. Et de quibus in oratione

petit ecclesia vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Hee sunt itaqꝫ odorifere vngenta quibus in cursu presentis vie in quo deum querimus consolamur. De quibus sponsa experta loquitur. In odore vngentorum tuorum currimus post te. Ubi dicit Bernardus ꝙ quanto quis deo familiarius vite merito ꝛ mentis puritate appropiat tanto recentiorum aromatoruz ꝛ vnctionis suauioris sentit fragrantiam.

De spūali sensu tact⁹.
Capitulū. x.

De spirituali autem tactu supra dixisse meminimus ꝙ est in potētia anime affectiua ꝛ hoc scđm actum diligendi ꝛ amandi. quia sicut dicit Augustinus. ix. de trinitate. Uoluntas habet vnum proprium actum qui est actus tenendi seu amplexandi ꝛ quasi possidendi. quos actus non potest habere intellectus. Naz possessio non est actus cognoscentis sed voluntatꝭ habentis. sicut ꝛ sanitas non est medici cognoscentis sed sani eam habētis Huius igitur spiritualis tactus proprius actus seu officiuz est diuinas id est charitatiuas operationes efficere. ꝛ in eis deū quasi amplexando ꝛ possidendo tenere Et deus est obiectum eius in quantum diuinis id est charitatiuis ꝛ meritorijs affectionibus ꝛ operationibus animaz perficiens Et hoc habet fieri per dei perfectam charitatem qua amando tenetur. tenendo amplexatur. ꝛ amplexando osculatur dicente sponsa. Tenui eum nec dimitam. Et iterum Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illius amplexabitur me. Et rursus. Osculetur me osculo oris sui Manus igitur spirituales quibus sponsa tangit sponsum et inseparabiliter tenet sunt charitatiue affectiones ꝛ operatiōes. Amplexus vero sūt amorose ꝛ feruide mentis deuotiones. per leuam eniz. que est sub capite. significatur cognitionis intellectiue splēdor. per dexteram que amplexatur. dilectionis affectiue feruor. que per deuotionem. ad amorosaz dei vnionem tenditur. Osculuz autem est ipsa semper intellectualis vnio. qua anima cum deo intime coniungitur. De qua dicitur. Qui adheret deo. vnus spiritus est cū deo.

De spūali sensu gustus.
Capitulū. xj.

De spirituali dnīqꝫ gustu predictū est. ꝙ consistit in potentia anime affectiua. ꝛ hoc scđm actum delectandi quia actum gustandi non habet intellectus. sed voluntas. sicut de actu tangē di premisimus. Huius spiritualis sensus proprius actus seu officiuz est. diuinas. id est eternoruz premiorum delectationes. iā quodammodo experimentaliter attingere ꝛ eorum suauitatem. delectabiliter sapere. Et deus est obiectum eius in quantum diuinis. id est premiatorijs delectationibus reficiens. De hoc gustu dicit Bernardus in libro de amore dei. Mens est quedam vis anime qua inheremus deo ꝛ fruimur. Fruitio autem hec est in sapore quodam diuino quare sapientia a sapore dicit̄. Sapor autem iste in gustu quodam est. gustuz vero istū digne nemo potest exprimere nec etiaz ille qui meretur gustare. sed potest dicere. Gustate ꝛ videte quoniam suauis. id est delectabilis est dominus. Et hanc dei suauitatem delectabilem electi sapiūt. Unde Gregorius. xj. moral. super illud Auris verba dījudicat ꝛ fauces comedētes saporem dicit. ꝙ electi non solum audiunt verba sapientis sed etiaz gustant. vt eis in corde sapiat. qđ reproboruz non mentibus. ſꝫ solummodo auribus sonat. Aliud nanqꝫ est cibum solum nominatuz audire. aliud vero est gustare. Electi itaqꝫ cibum sapientie sic audiūt vt degustent. quia hoc quod vere audiunt. eis per amorem medullitus sapit Reprobi vero qualiter sapiat ignorāt Aliud est ergo de deo scire. ꝛ aliud qđ cognoscitur faucibus intelligentie degustare. Hunc sapidum cibuz per charitatis dilectionem ꝛ dilectionis delectationem commederat sponsa in canticis. cuz ait. Comedi fauum cum melle meo. Et de huiusmodi cibi refectione dicit psalmista. Panē angelorum manducauit homo. que verba licet spiritualiter pertineant ad spiritualem degustationem ꝛ comestionem seu manducationem huius cibi. scđm diuinitatem tamen aliqualiter pertinent ad Christi humanitatem. in quantum spiritualiter gustatur per incarnationis mysteriū. vel per eukaristie sacramentum. in quibus est ani

me delectabilis refectio ⁊ ſpiritualis vite ſu
ſtentatio. Alioquin non dixiſſet Chriſtus
Qui manducat hunc panem viuet ineter/
num. Nam qui manducat non ſolum cor/
poraliter. ſed etiam ſpiritualiter per fidem
⁊ charitatem. Chriſtus qui vita eterna eſt
per ſpiritualem vnionem incorporatur. et
per guſtum humanitatis peruenit ad gu/
ſtum diuinitatis. ac per h̄ quodãmodo ad
prelibamen ⁊ preguſtationem eterne felici
tatis. Ideo bene exclamat Auguſtinus ſu
per Johannem. O ſacramentuz pietatis.
o ſignum vnitatis. o vinculum charitatis.
qui vult viuere accedat credat ⁊ incorpet
vt viuificetur.

De ſenſuum ſpiritualium impedimen/
tis.

Capitulū. xij.

[ſ]Ed cum de ſenſuuz ſpiritualium
diſtictione ⁊ eoruz perfectione di
xerim⁹. reſtat vt de hijs que in no
bis hanc ipediunt perfectionē diſſeramuſ
Hec aūt tria ſunt precipua. vnū qd̄ ad ani
mā. aliud qd̄ ad corpus. reliquū qd̄ ad ex/
teriora pertinet. Primū eſt culpabilis infe
ctio. ſecundū eſt carnalis depreſſio tertiuz
eſt temporalis turbatio. Et primo quidez
culpabilis infectio duplex eſt. vna culpe o
riginalis. de quo ipedimento dicit Bern/
ardus ſuper cantica. Saporem interiorē
perdidimus ab ipo exordio generis noſtri
ex quo cordis palatū ſenſu carnis preualē
te infecit virus ſerpentis antiqui. cepit nō
ſapere bonuz. ac ſapor noxius ſubintrare.
Ex hac ergo radice ceperūt interiores ſen
ſus lãgueſcere ⁊ tabeſcere. Alia eſt infectio
culpe actualis ⁊ precipue mortalis. ex qua
ſpiritualiū ſenſuū vſus ipediuntur eo ꝙ ꝑ
eam potentie anime ⁊ maxime voluntas d̄
formantur. qd̄ patet ex peccatorū mortali/
um diſtinctione. que ex ſeptena voluntatis
deordinatione ſumitur Voluntas em̄ aut
deordinatur quia illud appetit qd̄ non eſt
appetendū. aut quia refugit qd̄ non eſt re/
fugiendū. Si primo modo hoc eſt triplici
ter ſcd̄m triplex cõmutabile bonū ſeu appa
rens bonū ſcilicet honeſtū vtile ⁊ delecta/
bile. quia aut illud bonū apparēs honeſtū.
eſt priuata excellentia quã amat ſuperbia.
aut illud bonuz apparens vtile. eſt exterior
habundãtia quã amat auaricia. aut illud
bonū apparens eſt delectabile. ⁊ hoc dupli
citer. quia vel delectabile ſcd̄m guſtū ⁊ ad
conſeruationē indiuidui. ſicut alimentuz.
⁊ hoc amat gula. Aut delectabile ſcd̄m ta/
ctum ⁊ ad conſeruationē ſpeciei ſicut coit⁹
⁊ hoc amat luxuria. Si autē voluntas no
ſtra d̄ordinatur qꝛ refugit qd̄ nō eſt refugi
endū hoc eſt tripliciter ſcd̄m triplicē refu/
giendi modū. quia aut refugit ſcd̄z peruer
ſum inſtinctū potentie rationalis. ⁊ ſic eſt
inuidia. que irrationabiliter vult priuatū
bonū poſſidere ſine ſocio. aut ſcd̄z peruer/
ſum inſtinctuz potentie iraſcibilis. ⁊ ſic eſt
ira q̄ iperturbabilit̉ vult priuatū bonū ha
bere ſine contrario. aut ſcd̄m peruerſuz in/
ſtinctum potentie concupiſcibilis ⁊ ſic eſt
accidia. que infatigabiliter vult ſine labo/
re priuatū bonum tenere ⁊ ſine boni operꝫ
exercitio. Et ſic patet quomodo hijs ſeptē
deordinationibus mortalis culpe. defor/
mantur om̄es ſpirituales vires rationalis
anime. Secundo carnalis depreſſio ſpiri
tuales anime ſenſus ipedit ideo in li. Sa
pientie dicitur. Corpus qd̄ corrumpitur
aggrauat animã. ⁊ terrena inhabitatio de
primit ſenſuz multa cogitantē. Et propter
hoc ſicut ſcriptum eſt in libro de ſpiritu et
anima. cū exterior ſenſus carnis bono ſuo
vtitur. interior ſenſus quaſi obdormit. Et
vt ait Gregorius. xxiij. moral̉. vnde exteri/
us auditus aperitur. inde iterius obſurde
ſcit. Tertio temporalis perturbatio impe
dimentū eſt ſenſuum ſpiritualiū per curaz
⁊ ſolicitudinem rerum exteriorum. quia ſi
cut Hugo dicit li. iij. de archa noe. Men/
tes quas cure carnales exagitant non cõ/
prehendunt ſapientiam ſapidã. ſed qui mi
noratur actu. id eſt qui minus in exterio/
ribus ⁊ temporalibus perturbationibus
occupantur ipſe inuenit eam. Nã ſicut ait
Gregorius. xxx. moral̉. dum exterior euaga
ſio ſenſuum clauditur. iterior ſenſus aperi
tur.

De ſenſuum ſpiritualiuz remedijs ⁊ iu
uamentis.

Capitulū. xiij.

[d]E remedijs vero contra predicta
ipedimenta quaſi de medicamen
tis cõtra morbos anime aliquid
dicendum eſt. Hec ergo tria ꝑcipua. ſcd̄m
tres actus iherarchios quos ponit Dyoni
ſius. qui ſunt purgari. illuminari. ⁊ perfici
Unde ſcd̄m hec reformantur ⁊ reparãtur

spirituales sensus ad cõtemplationez eter
norum. iuxta qđ dicit apostolus Reforma
mini in nouitate sensus vestri. id est ꝯtem/
plando experimentaliter sentiatis . que sit
voluntas dei ⁊ cetera. Hoc itaqꝫ fit in no/
bis triplici via. scilicet purgatiua. illumĩa
tiua. ⁊ perfectiua. Purgatiua tendit ad no
stre culpabilis vanitatis mũdificatiuã re
formationem. illuminatiua ad eterne veri
tatis intellectiuam speculationez . perfecti
ua ad diuine charitatis affectiuaz vnionẽ.
Sed quia a multis multa dicta et scripta
sunt. ⁊ hec superficialiter tetigisse sufficiat.
Hoc vnuz tamen hic scire expedit. qꝛ ĩ hac
triplici via vtiliter incipere. proficere. ⁊ ꝑfi
cere non valemus. nisi illo duce ⁊ eius gra
tia dirigente qui ait . Ego sum via veritas
⁊ vita. via dirigens ad purgationem. veri/
tas lucens ad illuminationes. via consum
mans ad perfectionem . Et hoc ideo quia
sicut docet Bernardus in libro de amore
dei super illo verbo. aperuit eis sensum vt
ĩtelligerent scripturas. Hec apertio ĩteri/
oris sensus que est noticia experiẽtie intel/
ligentis ⁊ sentientis bonitatem ⁊ virtutem
dei fit eius potenti bonitate ⁊ efficaci virtu
te in filijs gratie. ⁊ est opus gratie operan/
tis qua efficitur. vt idem ait. vt leticia salu/
taris accepta . anima sapientie spiritu prin
cipali confirmata. leta decantet. ⁊ ideo di/
cat. Signatum est super nos lumen vult⁹
tui domine. dedisti leticiam in corde meo.
Quod nobis prestare dignetur ip̃a dei sa/
pientia. que est benedicta in secula seculo/
rum Amen.

Deo gratias.

Explicit compendium contemplatiõis
tres continens tractatus principales edi/
tum a reuerẽdo patre ⁊ domino sacre quo/
qꝫ theologie professore eximio domino Pe
tro de allyaco quõdã episcopo cameracẽn
⁊ postea cardinali.

Anotatio doctorum aliquorum
a q̃ de contemplatione locuti sunt

Magnus Dyonisius edoctus a
Paulo primus videtur hanc the
ologiam speculatiuaz tradidisse in suo tra
ctatu de mystica theologia ⁊ ĩ alijs libr; su
is sepius interserit.

Venerabilis deniqꝫ Richardus de sancto
victore quasi primus post Dyonisium ma
teriam hanc ab alijs sub collaudatione vł
ammonitione traditam reduxit ad moduz
artis ⁊ doctrine. cuius scripta omnia nihil
fere nisi contemplationem sapiunt aut re/
sonant.

Cassianus in collationibus patruz nomi/
natim in illa de charitate.

Augustinus in de vera religione ⁊ ꝯfessio
nibus ⁊ de diligendo deum in de trinitate
ac alibi pluries.

Clymacus in suo libro de. xxx. gradibus
scale.

Gregorius in suis moralibus sparsim spe/
cialiter in vj. ⁊ ĩ tertia omeł. super Ezechie
lem.

Bernardus super cantica ⁊ de diligendo
deum ⁊ alibi.

Hugo in de archa noe ⁊ de oratione ⁊ suꝑ
ecclesiasten presertiz in prologo ⁊ super ce
lestem ierarchiam specialiter . vij. c. ⁊ alibi

Bonauentura in suo itinerario totum mi
ro ⁊ compendiosissimo artificio complex⁹
est. ⁊ in suo stimulo amoris.

Sunt alij tractatus plures compilati a
nouellis vt est stimulus amoris ad xp̄i pas
sionem. Et alter de triplici via cuius initi/
um est. vie syon lugent Et alter de nouo se
culo. Et alter de septem itineribus eterni/
tatis. Et alter de ornatu spiritualium nu/
ptiaꝝ incipiẽs. Ecce sponsus venit. cuius
tertia pars suspecta est. Scripta sunt etiã
aliqua super hoc in vulgari ⁊ in sermoni/
bus quibusdam ad clerum et in paruulis
tractatibus. Que omnia denumerare non
nostrum est.

Deo gratias.

De quatuor gradibus scale spiritualis

De quatuor gradibus scale spiritualis
ex dictis beati Bernardi a domino Petro
de allyaco. quondan episcopo cameracen
si.

Quatuor sũt spi
rituales gradus anime. lectio.
meditatio. oratio ⁊ contempla
tio. Hij gradus sicut nomini
bus ⁊ numero sunt diuisi. sic or
dine ⁊ merito sunt distincti. Est aũt lectio
sedula scripturarum cuz animi intentione
inspectio. Meditatio est. studiosa mentis
actio. occulte veritatis noticiam. ductu ra
tionis proprie inuestigans. Oratio est. de
uota cordis in deum intentio. pro malis re
mouendis ⁊ pro bonis adipiscendis. Cõ
templatio est mentis in deuz suspense que
daz super se eleuatio. eterne dulcedis gau
dia degustans. Assignatis quatuor gra
duum descriptionibꝫ. restat vt eorum circa
nos officia videamus. Beate vite dulcedi
nem lectio inq̃rit. meditatio ĩuenit. oratio
postulat. ꝯtemplatio degustat. Lectio qua
si solidum cibũ ori apponit. meditatio ma
sticat ⁊ frangit. oratio saporẽ acq̃rit. ꝯtem
platio est ipsa dulcedo que iocundat ⁊ refi
cit. Lectio in cortice. meditatio in adipe.
oratio in desiderij postulatione. ꝯtempla
tio in adepte dulcedinis delectatione. Quod
vt expssius videri possit. vnũ de mltis sup
ponamꝰ exemplũ. In lectione audio. beati
mundo corde. qm̃ ipsi deũ videbunt. Ecce
breue verbũ sed suaui ⁊ mltiplici sensu re
fertũ. quod postq̃ aĩa diligent inspexerit
dicit intra se. redibo ad cor meũ ⁊ tempta
bo si forte intelligere ⁊ inuenire potero mũ
diciã hanc. p̃ciosa eñ ⁊ desiderabilis ẽ res
ista. cuiꝰ possessores beati dicunt. cui visio
dei. que ẽ vita eterna. pmittit. que tot sacre
scripture testimonijs collaudat. Hoc ḡ si
bi pleniꝰ explicare desiderãs. excitat rõnem
ad inquirẽduz q̃d sit. ⁊ q̃uo haberi possit h
adeo p̃ciosa mũdicia. Accedens ḡ sedula
meditatio. interiora penetrat. singla rimat
attẽte ꝯsiderat. q nõ dixit beati mũdo cor
pore sed mũdo corde. q nõ sufficit habere
manus mũdas ⁊ innoxias a malo ope. ni
si ⁊ a mal cogitatõibꝫ mũdemur ĩ mẽte. di
cente ꝓpheta. Quis ascẽdet in montẽ dñi.
Innocens manibꝫ ⁊ mũdo corde. Itẽ cõ
siderat quantũ hãc mundiciam optat idez
ꝓpheta sic orans. Cor mundum crea in me
deus. Et postq̃ hec ⁊ multa huiusmodi d
cordis mundicia pertractauit. Incipit co
gitare de eius premio q̃ gloriosum ⁊ dele
ctabile esset videre faciem desideratam do
mini. cogitat q in hac visione erit facietas
illa de qua dicit propheta. satiabor cuz ap
paruerit gloria tua. Hijs anima facibus ĩ
flammata. hijs incitata desiderijs. alaba
stro fracto. suauitatem vngenti presentire
incipit. nondum gustu. sed quasi nariuz o
doratu. ⁊ ex hoc colligit. q̃ suaue esset huiꝰ
mundicie sentire experientiam. cuius me
ditationem adeo inuenit esse iocundam.
Sed quid faciet. Habendi desiderio estu
at. ⁊ non inuenit apud se quomodo habere
possit. ⁊ quanto plus inquirit. tãto plus si
tit. dum apponit meditationẽ. apponit ⁊ do
lorem. quia non sentit dulcedinem. quam
in cordis mundicia meditatio eẽ monstrat
sed non prestat. Non enim est legentis aut
meditantis hanc sentire. nisi datum fuerit
desuper. hoc a solo deo est. qui sapientie sa
porem dat. ⁊ sapidam anime facit scientiã.
Sermo siquidem datur cunctis. talis sa
pientia paucis. Videns ergo anima q
ad desideratam experientie dulcedinem p
se non possit attingere. ⁊ quanto magis ad
cor altum ascendit. tanto magis exaltatur
deus. humiliat se ⁊ ad orationem confugit
dicens. Domine qui non videris nisi a mũ
dis cordibus. inuestigaui legendo ⁊ medi
tando que sit ⁊ quomodo haberi possit ve
ra cordis mundicia. vt ea mediante vel ex
modica parte possem te cognoscere. quere
bam vultum tuum domine. domine vultũ
tuum querebã. Diu meditatus sum in cor
de meo. ⁊ ĩ meditatõe mea exardescet ignis
⁊ desiderium amplius cognoscendi te.
Dum panem sacre scripture mihi frangis
in fractõe panis magis cognitus es. ⁊ quã
dū cōuenirēt simul aduersum me non so/
lum pauci. sꝫ simul multi vt grauꝰ sit qđ
ꝯsilio gerit plurimoꝝ. Dū inqꜫ in h̄ meo
vitupio ꝯuenirēt. accipe aīam meā ꝯsilia
ti sunt. Nō solū vituperauerūt famā meā.
sed ꝯsiliati sunt accipe aīam meā. hoc est.
ad se cape ꝯsciam meā ⁊ facere vt eis ꝯsen
tiret ꝯsciētia anime mee. vt cū eis obꝭua/
ret vanitatē ⁊ desereret veritatē. Sed ab
sit hoc a me. dicā potiꝰ cū propheta. Ego
aūt in te speraui dn̄e. Scio dn̄e ⁊ i me sen
tio ꝙ magna valde ⁊ nimis magna est hec
tribulatio. ⁊ nisi te iuuāte intolerabilis es
set mihi turbatio. Scio ⁊ expertus fateor.
ꝙ nulla peior. nulla ꝑiculosior pestis ē. qꜫ
familiaris inimicꝰ sed nō ꝑualebit i me vl
lius inimici potestas. si fueris mihi amicꝰ
illo teste q̇ ait. Si deꝰ ꝓ nobis q̇s ꝯ nos.
Nihil ergo salubriꝰ mihi. nihil securiꝰ. qꜫ
sperare in te dn̄e. nō in me aut alio quouis
hoīe. qꝛ maledictꝰ oīs q̇ spem suam ponit
in hoīe Qui ei hoc facit similis est puero
q̇ adhuc lacte nutriri vult. ⁊ flet qꝛ diutiꝰ
querit vbera sugere qꜫ deceat. cū ydoneus
sit ad mēsam vbi validiori cibo pascatur.
Tu ergo dn̄e deꝰ meꝰ. tu ideo forte ꝑmisi/
sti me incidere in malū hoīem. quē bonū
putabā. vt quasi i vbere materno amari/
tudinē inuenirē. ⁊ ea offensione repellerer
⁊ ad te deū meū quasi ad cibū validiorē
inuitarer. aut si parꝝ esset inuitari cogerer
Hoc tu quasi pia nutrix: aliaꝝ nutricum
more fecisti. q̄ puerulis suis aliq̄ ponunt
amara in papillis. quibꝫ offensi ꝑuuli ab
vbere resiliāt. ⁊ vberioris cibi mēsam que
rant. Sic igiꝭ ego quasi a puericia resili/
ens ⁊ ad te rediēs dixi. deꝰ meus es tu. ꝓte
ctor meus es tu. saluator meꝰ es tu. nō ho
mo in q̄ pueriliter sperabā. Tu em̄ qꝛ im
mutabilis es. nō ꝓficis aut deficis vt ho/
mo. sed ⁊ verꝰ deꝰ nō ꝓficis. qꝛ simpliciter
ꝑfectus. nec deficis qꝛ immutabiliꝭ eter/
nus. Et ideo. In manibꝫ tuis sortes mee.
Hoc est. In potestate. in p̄sciētia. in proui
dentia tua sortes mee. i. causa ⁊ ordo salu
tis mee. q̄ tibi note. omnibꝫ alijs sūt occul
te. Nō em̄ hic cū de sortibꝫ loq̇mur aliq̇d
mali intelligi volumꝰ. nō de maleficis sor
tilegijs. nō de artibꝫ magicis intendimus
in q̇bꝫ hi ꝯfidūt q̇ vt supra diximꝰ supua/
cue obseruāt vanitatē. Sꝫ catholicā ob/
seruātes veritatē. hic sortes accipimꝰ ꝑ in/
effabili ꝓuidētia ⁊ electōe diuina. q̄ nō hu
manis meritis. sꝫ pura dei gr̄a. occulta tm̄
iusticia dū vnū ad damnatōem reprobat
aliū ad salutē eligit ⁊ acceptat. sup q̄ apl's
admirās exclamat. O altitudo sapientie ⁊
sciētie dei qꜫ incōprehēsibilia iudicia eius
⁊ inuestigabiles vie eiꝰ. Sic igiꝭ dn̄e. sic i
manibꝫ tuis sortes mee. ⁊ iō ꝯfidenter oro
Eripe me de manibꝫ inimicoꝝ meoꝝ. ⁊ a
ꝑsequētibꝫ me. Hoc est a potestate diabo
li ⁊ suoꝝ ministroꝝ Qui iō me ꝑsequūtur
vt me eijciāt ab eo a q̄ electi sunt regno ce
loꝝ. Illustra faciē tuā sup ꝭuū tuū. Hoc
est manifesta hoībꝰ ꝙ intendat facies tua
sup me q̄ seruꝰ tuꝰ sum. ne sup me q̇ tuum
affecto seruitiū cadat ꝯfusio inimicoꝝ. nō
solū meoꝝ sꝫ tuoꝝ. Nec tamē hoc peto. q̄si
de mea ꝯfidēs iusticia. sꝫ Saluū me fac i
misericordia tua dn̄e. non cōfundar quo
niam inuocaui te Nō quia ego dignꝰ sum
sed qꝛ tu misericors es. inuocaui te vt me
salues. Ideo nō ꝭm iudicariā seueritatē
sed ꝭm misericordissimā bonitatē exaudi
me vt nō ꝯfundar. ⁊ corā aduersarijs eru
bescam. Sed fiat potius quod sequitur.
Erubescāt impij. ⁊ de sua impietate peni
teant in p̄nti. alioq̇n in futuro deducātur
in infernū. vt sic Muta fiant labia dolo/
sa. Que loquunꝭ aduersus iustū iniq̇tatē
in sup̄bia ⁊ abusione. Exigit em̄ iusta dei
vltio vt tūc muta fiāt in inferno labia do
losa q̄ hic garrula fuerūt. nec in maliloq̇o
diuinū iudiciū timuerūt

p Ars huiꝰ psalmi tertia subiūgiꝭ q̄
aduersus sup̄bam ꝑuersoꝝ hoīm
suaꝝqꜫ ꝑsecutionū seuiciā docet

in te domine speraui

in magna dei dulcedine dulciq; bonitate singulariter esse gaudendū. Uñ ꝓpheta exultans ⁊ admirās exclamat. Quā magna multitudo dulcedis tue dñe. quā abscondisti timentib; te. O clemēs. O pie. O dulcis dñe. Tu vere fidelis es deꝰ q̇ nō ꝑmittis nos temptari vltra q̄ȝ possumꝰ. ſꝫ das cū temptatione ꝓuentū. das cū temptatione tribulatiōis: ꝓuentū ⁊ subsidiū ꝯsolationis. Das post amara dulcia. Das post amaritudinē maloꝝ tempaliū quib; premis. dulcedinē bonoꝝ spūalium q̇b; nos ꝯsolaris. Sed qꝛ dulcia gustare nō meruit q̇ nō ꝑ̇us gustauerit amara merito debeo mala pene nō solū patiēter ſꝫ etiā gaudenter sustinere. si bona grē cū dulcedine cupio degustare. Ut aūt te largiēte h̄ fiat da mi dñe interiꝰ sentire q̄ȝ magna multitudo dulcedinis tue. Magna inq̄ȝ ⁊ multa. multisq; modis copiosa dulcedo tua. qua nūc corrigis. nūc parcis. nūc ꝯsolarꝭ. qua etiā eos quos amas castigas. ⁊ castigando emēdas. ⁊ ꝑ tempaliū maloꝝ amaritudinē. ad tuā ⁊ tuoꝝ spūalium bonorū dulcedinē venire cōpellis. Da mihi ꝗ̄ domine. da mihi hanc dulcedinē degustare. quā abscōdisti timētibus te Et merito abscondisti ⁊ occultasti timentib; te. vt amplius timeant. ne nimiū ꝯfidant. ne securi negligentiꝰ agant. sed semꝑ ⁊ feruēter eam desiderēt ⁊ appetāt. Uel abscōdisti eam timentib; te. q̇a illis eam seruasti. vt soli eaꝫ finaliter habeāt. soli ad eā eternaliter ꝑueniant. Et hoc est qđ sequiꝭ. Perfecisti eis Nō solū eis qui timent te. sed qui sperant in te. vt sit timoꝛ nō solū seruilis ſꝫ filialis Eis inquā hanc tuā dulcedinē ꝑfecisti. h̄ est. ꝑfecte cōferre disposuisti. qui sperādo timent. ⁊ timēdo sperāt in te. Et q̇ ita sperant vt nō erubescāt. sed ad exemplū ⁊ edificationē alioꝝ. spem ⁊ fidē suā patefaciāt in cōspectu filioꝝ hoīm. Et sic luceat lux eoꝝ corā hominib;. vt glorificēt in terris patrē eoꝝ q̇ est in celis. Et ideo. Abscondes eos in abscōdito faciei tue. Qui te ī facie hoīm ꝯfitebunꝭ. in abscōdito faciei tue abscōdenꝭ a ꝯtradictione hominuꝫ. Hoc est. in secreto tue visionis beatifice ab impugnatōe hoīm impioꝝ securi te ꝓtegēte saluabunꝭ. Nec solū in futuro statu celestis patrie. sed ī ꝑ̄senti statu vie. Proteges eos in tabernaculo tuo. id est. in eccl̄ia tua catholica. A cōtradictione linguaꝝ. hoc est. hominū loquentiū iniqua. ac diuersa ⁊ aduersa ꝯtra veritatē fidei xp̄iane ꝑstrepentium. Est em̄ ꝯtra tales ecclesia militans inexpugnabile fidei tabernaculuꝫ. ⁊ quasi habitatio militū in expugnatiōe positoꝝ. sicut domus habitatio q̇escentium

O igitur dñe deus meꝰ. protectoꝛ meꝰ vt finaliter abscondi valeā in abscondito faciei tue. Da mihi interim ꝓtegi in tabernaculo eccl̄ie tue. ac tue fidei xp̄iane. vt ab ea ⁊ veritatis eiꝰ regula nō discedēs. sic pugnem in hac expeditione peregrinꝰ. vt hic protectꝰ in tabernaculo fidei. tandē gloriosus quiescā in domo celi Sequiꝭ omnium p̄cedentiū ꝯclusio. videlicet pro iā susceptis ⁊ in futuꝝ suscipiēdis bn̄ficijs ꝗ̄tuita exultatio ⁊ exultans congratulatio. Quid em̄ vltra dicturꝰ suꝫ. Nihil sane restat nisi laudare deū ⁊ plenitudinē bn̄ficiorum in exultationē laudū cōcludere. Et ideo. Benedictus dñs. q̄m mirificauit. id est. mirabilē fecit. Misericordiā suam mihi. nō solū in ꝑ̄senti via. sed mirabiliorē faciet in ciuitate munita. Hoc est in celesti patria. Que nō solū abscōdita est a ꝯturbatione hoīm. nō solū protecta a cōtradictione linguaꝝ sed etiā munita omniū cumulatione bonoꝝ. Et quia istud est inestimabile beneficiū ad imbecillitatē meā cōparatū. ideo subiungiꝭ. Ego aūt dixi ī excessu mentis mee. proiectꝰ suꝫ a facie oculorum tuoꝝ. Quasi diceret. Non respicit me facies tua oculis pietatis. cū te patiente iaceam proiectꝰ in penis. Hoc aūt ꝑ̇us dixi in excessu mentis mee. id est. in pauore meo pro tribulationū meaꝝ magnitudine. Qui pauoꝛ excessus mētis dꝛ. duꝫ a ratione timendo exceditur. Sed quia nō hoc superbe dixi. sed me humiliter accusando in tribulatione titubans ad te ꝯfugi Ideo exaudisti vocē orationis mee dū clamarē ad te. Non oꝛe solū sed coꝛde Intus em̄ coꝛde clamare debemꝰ. vbi audit deus. qꝛ si exteriꝰ oꝛe solū strepētes clamamus. nil īpetramꝰ Quia vero charitas ad deū dilatare cupit ⁊ ad proximū. ideo dñe mihi nō sufficit si ꝓ susceptis bn̄ficijs te laudē ⁊ diligā. nisi exemplo meo alios etiā ad laudandū ⁊ diligendū excitē Ido sequiꝭ. Diligite dominū oīes sancti eiꝰ. Diligere nāq; deū tantorū beneficiorum

45

largitorem officiū est sanctoꝝ. qui iō san/
cti ⁊ iusti sunt. quia vt dignum est deū di/
ligunt. Una aūt subditur diligendi ratio
Quoniā veritatē requiret domin⁹. Ueri
tas em̄ ⁊ iusticia est. vt creatura suo serui
at creatori. Hanc in futuro ab omnibus
requiret domin⁹ ⁊ tūc retribuet abundan
ter facientib⁹ superbiaȝ. Illis videlicet q̇
per superbā inobedientiā deum ⁊ eius p̄/
cepta contemnūt. Superbia enim hic ac
cipitur pro omni criminali vicio seu mor
tali peccato. quia superbia radix omniuȝ
viciorum. Hic etiā in p̄senti aliquādo re/
tribuit domin⁹. vt superbos hūiliet. Qđ
aliquib⁹ fit ⁊ nō omnib⁹. quia si nulli hoc
faceret nō videretur sup̱ malis prouide/
re diuina iusticia. si vero omnib⁹ hoc face
ret. nō seruaretur diuina patientia. Ut er
go iustus ⁊ patiens appareat domin⁹. aliq̇
bus ⁊ nō omnib⁹ in presenti retribuit. Qi
bus vero in futuro retribuet abundāter:
ſm exigentiā meritoꝝ. sic tamē misericor/
diter ꝙ nullū peccatū puniet ad ꝯdignū.
Quia ergo dn̄s oīm retributor est bonoꝝ
⁊ maloꝝ. Ideo Uiriliter agite ⁊ cōforte/
tur cor vestrū omnes qui speratis in dn̄o
Non enim sufficit in dn̄o sperare. sed op⁹
est virtuose ⁊ ꝯstanter agere. ⁊ si aliqua ḡ/
uia occurrerint corde cōfortari. id est. spi/
rituali fortitudine roborari. Sicut ergo
fides. sic ⁊ spes sine operib⁹ mortua est. nec
spes sine meritis vocanda est. sed magꝭ su
perba p̄sumptio   Da mihi ergo domine
nec solū mihi sed omnib⁹ proximis meis ī
te digne sperare. Da nobis in te sperando
sic viriliter agere vt nō solum in spe. sed fi
de ⁊ charitate veraciter radicati ⁊ contra
aduersa omnia spiritualiter confortati ad
te valeamus finaliter peruenire. Qđ ipse
prestare digneris qui viuis ⁊ regnas in se
cula seculoꝝ Amen

Explicit meditatio seu expositio do/
mini Petri de aillyaco episcopi ca/
meraceū. super psalmo In te domi/
ne speraui: nō ꝯfundar in eternū.

Incipit alia deuota meditatio sup̱ psal
mo Judica me de⁹ ⁊ discerne causam me
am. Edita ab eodē reuerēdissimo p̄re: do
mino cardinali cameraceū. apostolice se/
dis in alamānia legato

Summe sacer/
dos tu benignissime xp̄e ie
su q̇ in ara crucis ꝓ redem/
ptione humani generꝭ deo
patri teipsum vnigenitū ei⁹
filiū hostiā sacratissimā obtulisti. quiqꝫ in
sacramēto altaris obstātī bn̄ficij memori/
am p̱ sacerdotes ecclie tue offerri voluisti.
inter quos me nō merito sed numero ag/
gregare dignat⁹ es Ecce indign⁹ ego ⁊ in
utilis seruus ī cōspectu diuine maiestatis
tue ad sanctū altare tuū ingressurus cum
eximio ꝓphetaꝝ Dauid tibi psallam

Iudica me de/
us ⁊ discerne causam meam.
Sed heu me miserū qualit
hoc dicere presumā. Qualit
inqꝫ. qua fronte. qua ve audacia me iudi/
cari ⁊ causam meā a te discerni petaȝ. qui
multoꝝ ac magnoꝝ peccatoꝝ meoꝝ cōsci
us ex timore ac terrore horrēdi iudicij tui
potius exclamare cōpellor. Dn̄e ne ī furo
re tuo arguas me. neqꝫ in ira tua corripi/
as me. Et iteꝝ. Nō intres in iudiciū cum
seruo tuo. quia nō iustificabit in cōspectu
tuo omīs viuēs. Uerūtamē docȝ me dn̄e
ecclesia tua. que te docēte instructa est. vt
dum ad sanctū altare tuū accedo de tuis
meritis ꝯfidens. ⁊ de meis nil p̄sumēs hu
militer tibi dauiticū psalmū dicā. Judi/
ca me deus ⁊ discerne causam meā. Hoc
pie Jesu hoc orat mysticū corp⁹ tuū. qđ ē
eccla. ⁊ hoc orare docet fideles tuos q̇ sūt
huius corpis membra. nec hoc dicēdo pe
tunt rigore iudicij tui peccata sua discuti
qđ vtiqꝫ p̱iculosū ē. Que em̄ humana cre
atura hoc iudiciū nō horret. Quid tūc fa
ceret virgula deserti. vbi cōcutit cedr⁹ pa
radisi. Nā ⁊ astra nō sunt mūda in cōspe/
ctu tuo. ⁊ in angelis reperit prauitatem.
Nō ergo ꝓ mēbris suis fidelib⁹ tuis petit
ecclesia iudiciū tue rigorose iusticie. quo
in furore tuo arguis. vł in ira tua corripis

Nam si tale iudiciũ exhibuerꝫ si iniq̃tates
obseruaueris. q̇s sustinebit. Sed petit iu
dicium tue pie misericordie. quo peccato
ribus ignoscis ⁊ cõfitentibꝫ parcis. Et iõ
nõ timet iusticiam. quia sperat misericor/
diam. nec te metuit vltorẽ quia agnoscit ĩ
dultorem. nã metũ pene superat spes gra/
tie ⁊ desideriũ glorie. Timere igiꝛ possem
si districte mecũ ageres. si me in rigore iu/
sticie iudicares. sed nõ intres in iudicium
cũ seruo tuo dñe. qui spero in multitudi
ne misericordie tue. qui humiliter cõfite/
or. quia nõ sum dignus vocari filius tuꝰ.
sed velut seruus fugitiuꝰ ad te redeo. mise
sericordiam postulo. pacem quero. Indi
gnum est ergo dominũ cũ tali seruo intra
re iudicium. nec decet vt intres in iudici/
um mecũ. quia nec ego volo intrare tecuꝫ
Intrãt serui iudiciũ cũ dño. qui iusticiaꝫ
suam cõstituẽtes de suis meritis p̃sumũt.
de quibꝫ per prophetã diciꝛ. Quid vultis
mecũ iudicio cõtendere omnes dereliqui
stis me dicit dominꝰ Non sic autẽ non sic
ego inutilis seruꝰ tuus. de iusticia merito
rum meoꝝ penitꝰ diffidẽs. sed licꝫ sepe de
reliquerim te. consortia viciaq꞉ ꝑuersorũ
hominũ sequẽs. tamẽ nũc de multitudine
miserationũ tuaꝝ sperans cũ humilis cõ
fessionis instãtia ad te cõfugio dicẽs. Iu
dica me deus. i. cuꝫ misericordia corripe
me ⁊ discerne causam meã de gente ñ san
cta. ab hoĩe iniquo ⁊ doloso erue me. Hoc
est. ita iudica me. vt discernas merita que
mihi erũt vite vel mortis causa a meritis
gentis nõ sancte. ⁊ ita discerne causaꝫ me
ritoꝝ vt eruas me a multitudine hominũ
peruersoꝝ. ab hoĩe iniquo ꝯtra deũ. et do
loso ꝯtra ꝓximũ. ab hoĩe iniquo qui ma/
la facit aperte. ⁊ doloso qui mala facit oc
culte. Hec est gens non sancta cũ q̃ mihi
par est infirmitas. sed dispar volũtas. dis/
par volũtatis desideriũ. Ideo peto domi
ne vt ab ea celeriꝛ eruas me. ⁊ in p̃senti ne
ab ea corrũpar culpabiliꝛ. ⁊ in futuro ne
cũ ea damner eternaliꝛ. Sꝫ heu ĩfelix ego
vtinã eripias me a meipso. quia in me est
animalis hõ. a quo me separe nequeo De
quo alibi orat psalmista. Eripe me domi
ne ab hoĩe malo. Iõ etiã peto vt eripias
me ab hoc hoĩe iniquo ⁊ doloso. Hoc est
carnalitatis. animalitatis. vel sensualita/
tis iniquitate ⁊ dolositate sepe rationalis
volũtatis desideriũ ꝑturbante. ne me ini/
quum ⁊ dolosum faciat. ⁊ iũgat cũ gente
nõ sancta. Nec hoc peto solus. sed h̄ sup/
pliciter orat eccl'ia tua in hoc psalmo pro
vniuersis mẽbris eius. Ipsa siquideꝫ ge/
mit in terris videns plurimos malos cõ/
misceri cũ bonis. ⁊ cũ tritico crescere ziza
nia. ⁊ omnia vtrisq꞉ esse cõmunia ⁊ permi
xta. quantũ ad bona vel mala nature aut
fortune. sed nõ quantũ ad merita et dona
gratie. futuraq꞉ premia glorie. Quapropꝛ
optat finale iudiciũ. in quo fiet separatio
maloꝝ a bonis. ⁊ bonoꝝ glorificatio reie
ctis malis. interim aũt monet ne inter p̃s
suras seculi ⁊ temptatiões dyaboli defici
amus ⁊ a deo retrahamur. sꝫ letemur ĩ eo
⁊ suo iudicio causam meritoꝝ nostrorum
cõmittamus ac in spe sue misericordie de
siderioq꞉ premioꝝ suoꝝ ꝯsolemur. Meri
to ergo domine hoc documentũ eccl'ie tue
sequens. in causa mea iudiciũ tuũ peto. ⁊
ad te iudicẽ supremũ appello dicẽs. Iudi
ca me deus ⁊ discerne causam meã de gẽ/
te nõ sancta. ab homine iniquo. ⁊ doloso
erue me. Nam ꝓpter tria que his notanꝛ ꝓ
bis humanũ habeo suspectũ iudiciũ. iõq꞉
ad diuinũ recurrere cõpulsus sum. Pro/
pter testiũ falsitatẽ. quia sepe gens nõ san/
cta testis est. ꝓpter iudicũ iniquitatẽ. quia
sepe homo iniquus iudex est. ꝓpter aduo/
catoꝝ ⁊ procuratoꝝ dolositatẽ. quia sepe
homo dolosus aduocatꝰ vel procurator
est. Ecõtra ꝓo in diuĩo iudicio testis erit
tua infallibilis veritas. iudex erit tua ĩob
liquabilis eq̃tas. Aduocatꝰ ⁊ procurator
erit. tua imꝑturbabilis pietas. miĩcordia
bonitas. clemẽtia atq꞉ benignitas. Tu er
go dñe in tuo diuĩo iudicio causam meaꝫ
discerne. Tu a ꝑuerso hoĩm iudicio erue
me. Et bñ dixi erue me. q꞉ tu es deus for
titudo mea. Nõ est p̃ter te qui posset erue
re me. nõ presumo ex me ꝟtutẽ. nõ arrogo
mihi fortitudinẽ. quia tu solus es deꝰ me/
us ꝑ naturã. ⁊ fortitudo mea per gratiam
tu deus meus qui me creasti. tu fortitudo
mea que roborasti me. Cũ ergo in te solo
spes mea posita sit. quare me repulisti. i. q̃
re me quasi repulsum ostendisti. vitã eter
nam q̃m spero tam diu differẽdo. Et q̃re
tristis incedo huiꝰ vite miseriã sustinendo
dum affligit me inimicꝰ. videlicꝫ diabolꝰ.
vel hic nequã mundus. vl' carnis stimulꝰ

Hic est triplex inimic⁹ q̇ multipliciter affligit impugnādo variis tēptatiōib⁹. Vñ gemēs canit eccl̄ia. mūdus caro demonia diuersa mouēt p̄lia. His p̄liis sensualitas impugnata opprimitur ⁊ sp̄ūi ac rōi aduersatur. vñ rō ꝯturbata in alio psalmo cōqueritur. Quare tristis es aīa mea. i. aīalitas vel sensualitas mea quare tristis es in te. ⁊ quare ex tristicia tua ꝯturbas me. Licet eñ mūdus foris ꝑstrepet. ⁊ int⁹ caro grauet. ⁊ dyabol⁹ vndiq; impugnet. quare tñ tristis es aīa mea. Nescis quia ꝑ sapiētē tibi ꝯsulitur. tristiciā ne des aīe tue. nescis quia ꝑ apostolū dr̄. Tristicia seculi mortem opatur. Quare ḡ tristis es de t̄palibus diuitiis si abundantiā nō recipis de iniuriis illatis. si vindictā nō capis. de aliis q̄q; reb⁹ mūdane vanitati subiectis. si ī eis voluntatē aut voluptatē tuā nō exequeris. Sed ⁊ quare ꝯturbas me. obumbrando vanis fantasmatib⁹. quo ad intellectū. inflāmando libidinosis voluptatib⁹. quo ad affectū. granādo variis tribulationibus. q̄ ad effectū. His cōturbata ratio in eodem psalmo se oblitā lamentatur. que hic se conquerebatur repulsam. Quare inq̄t oblit⁹ es mei. ab his me periculis nō eripiēs. s; tue dulcedinis ꝯsolatiōem differēs. Et quare ꝯtristat⁹ incedo. id est. simul mēte ⁊ corpore tristicia turbat⁹. incedo ꝑ hui⁹ desolate vie miseriā. vsq; quo accedam ad desiderate patrie speratā leticiā. Sed q2 spes que differtur affligit animū. quid mir̄ si interim incedo ꝯtristatus. maxime dū affligit me inimic⁹. Nec caret mysterio q2 in vtroq; psalmo hor̄ verbor̄ fiat iteratio. nō est eñ hoc sup̄fluū. quia frequētia multiplicium tribulationū frequentiā exigit lamētabiliū questionū. s; vt excludatur tam frequens tamq; multiplex inimici afflictio. Ideo te deū patrē inuoco dicēs. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā. i. xp̄m vnigenitum filiū tuū q̇ ꝑ excellētiam lux est ⁊ v̄itas de quo scriptū est. Erat lux vera q̄ illuminat omnē hoiem venientē in hūc mundū. Et qui de se ait. Ego sum via veritas et vita. Primū hui⁹ lucis ⁊ veritatis aduentū petierūt antiqui patres. inter q̄s Salomō. Emitte inq̄t illā a sede magnitudinis tue sapiam vt mecū sit ⁊ mecū laboret. Sepe ⁊ multū h̄ illi petierūt. ⁊ diu valdeq; diu expectauerūt. ⁊ tandē cum venit plenitudo tēpis misit deus filiū suū natū d̄ muliere factū sub lege vt eos q̇ sub lege erant redimeret. Et tūc venit lux ad cecos. veritas ad deceptos. ad errātes via. ad mortuos vita. Jam v̄o post p̄mū illū aduētū secundū peto quo ventur⁹ est xp̄s ad finale iudiciū. Nam ⁊ ip̄o docente oro. Adueniat regnū tuū. Hoc aūt ideo orans peto ⁊ licet cū timore ⁊ tremore. tamen ex amore ⁊ zeli feruore desidero. quia nō excludetur nūc illa de qua cōquestus sum inimici afflictio donec tunc fiat malor̄ a bonis sepatio. Tūc eñ mittet angelos suos qui sepabūt triticū a paleis ⁊ zizaniis ⁊ colligent de regno ei⁹ oīa scandala. Tu ḡ eterne pater q̇ in p̄mo aduētu misisti coeternū tibi filiū ad redimendū. vt veniret redemptor ad vēditos. saluator ad ꝑditos. liberator ad captiuos. medic⁹ ad egrotos. Tu dñe iter̄ mitte eū ad iudicandū vt separet bonos ⁊ malos. saluās iustos. damnans īpios. Sic ḡ emitte lucē tuā. vt illuminās discernat abscōdita. ⁊ veritatē tuā vt iudicans vnicuiq; reddat ⁊ distribuat meritor̄ p̄mia. bonis eterna gaudia. malis eterna supplicia. Ego v̄o dñe nō d̄ mea iusticia. s; de tua grā ꝯfisus. spero ex secūdo tuo aduētu a luce ⁊ veritate tua ꝯsolationē recipe. q2 iā ex p̄mo aduētu ab ip̄is magnā ꝯsolatōis grām fateor recepisse. Nam ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in mōtem sanctū tuū ⁊ ī tabernacula tua. Jam ipsa me deduxerūt a malis segregādo. ⁊ adduxerūt cū bonis aggregādo. reduxerūt me ab eccl̄ia malignātiū. ⁊ deduxerūt me in ecclesiā fideliū. ⁊ h̄ est. in montē sanctū tuū ⁊ in tabernacula tua. Hec eñ militās ecclesia mons dr̄ ⁊ tabernaculū. mons ꝓpter altitudinē q̄tū ad statū ꝯtemplātiū ⁊ ꝑfector̄. de quo psalmista. Mons in q̄ bene placitū est deo habitare ī eo. Tabernaculum ꝓpter certamē. q̄tū ad statū incipiētium ⁊ ꝓficientiū oīmq; ī hac vita ꝑegrinātium ⁊ militantiū. Quādiu eñ in corpore sum⁹: ꝑegrinamur a dño aduersus dyabolum militātes. Cū ḡ audis tabernaculum. bellū intellige. hostē caue. S; tamē in tuo certamīe ad illud tabernaculum fuge. de q̄ ait idē ꝓpha. Abscōdit me in tabernaculo suo ī die malor̄ ꝓtexit me ī abscōdito tabernaculi sui. Licet ei p̄ns ecclesia pluralit̄ dicatur tabernacula ꝓpter pl̄alitatem

statuū ⁊ diuersitatē multoꝝ. tñ i ea habes
speciale q̈ddā tabernaculū. ⁊ q̈ddā singu
lare tabernaculi secretū abscōditū sub q̄ i
die maloꝝ. i. in p̄nti vita q̄ hoīes mali flo-
rent. ⁊ tribulationū mala feruēt abscondi
poteris ⁊ ꝓtegi. Uis itelligere secretum.
Audi mysteriū. Xp̄us ꝁm humanitatē est
tabernaculū. de q̄ ait Ps. Sanctificauit
tabernaculū suū altissim⁹. Xp̄s ꝁm diui-
nitatē est tabernaculi sui abscōditū d̄ quo
ali⁹ ꝓpheta dic̄. Uere tu es de⁹ abscōditus
Secreta em̄ v̄tus diuinitatꝭ abscōdita ē
in tabernaculo hūanitatis. ſ; audi mira-
bili⁹. vtraq; tā humanitatꝭ q̄; diuinitatis
virt⁹ secreti⁹ abscōdita est in sacramēto al
taris. vt merito illud intelligi possit singu
lare ecclesiastici tabernaculi absconditū.
sub q̄ aduersus oīe ꝑsecutorꝭ malū habe
re potes ꝓtectoris refugiū. Et iō ꝯueniēt
subdit̄. Et introibo ad altare dei. Hucus
q; o bone Jhu hucusq; ꝯquerēdo locut⁹
sum ꝯturbat⁹ tristicia seculi. ſ; iā loq̄ inci-
piam: ꝯsolat⁹ leticia sp̄uali. Nec immeri-
to q: spero ꝓtegi in abscōdito tabernacu-
li tui. iō hac spe gaudēs introibo ad altare
dei. ad altare tabernaculi eccl̄ie militātis.
nec solū ad altare dei. ſ; etiā ad deū. quia
sub eucharistie sacro sumā xp̄m v̄e deum
abscōditū. q̄ in celis ꝁm diuinitatē panis
est angeloꝝ. ⁊ i terris ꝁm humanitatem fa
ctus est cib⁹ hoīm. Qui letificat iuuētutē
meā. Quā iuuētutē. nō vtiq; corꝑalem. ſ;
sp̄ualē. Jpe siq̄dē sp̄ualis cib⁹ ē. q̄ letificat
sp̄ualiter ꝑ spem. ⁊ sp̄uali leticia meā reno
uat iuuētutē. purgādo vetustatez culpe ꝑ
nouitatē grē Sic igit̄ letificat⁹ ⁊ renoua-
tus introibo ad altare eccl̄ie militātis desi
derās postea ire ad altare eccl̄ie triūphan
tis. de quo in secreto misse d̄r. Jube h̄ per
ferri in sublime altare tuū. Desiderio ei et
amore suꝑioris ⁊ inuisibil̄ altaris illi⁹ cele
stis hierl̄em d; sacerdos h̄ altare visibile
cū modestia itroire. eterna ⁊ nō caduca pe
titur⁹. Quid aūt sit illud inuisibile altare
ōndit qđ sequit̄. Ad deū q̄ letificat iuuētu
tem meā. Sublime siquidez altare eccl̄ie
triūphantis. sublimitas est diuīe maiesta
tis q̄ nūc nobis est inuisibil̄. Nūc em̄ non
videm⁹ deū nisi ꝑ speculuz ⁊ in enigmate.
tunc aūt nostrā letificabit iuuētutē. qñ vi
debim⁹ eū facie ad faciē. Sed q: ꝓpter illi
us facialis visionis speratā dulcedinē iaz

diuinā p̄sentio ꝯsolatiōem. ideo merito de
uotam ꝓnunciabo ꝯfessionē. ⁊ hoc est qđ
subditur. Cōfitebor tibi in cythara deus
deus me⁹. O de⁹ q̄ vere es de⁹ me⁹. q̄ licet
sis omniū de⁹. tamē specialiter es de⁹ me⁹
quia te mihi dedisti vt esses redēptor me-
us. panis me⁹. ꝯsolator me⁹. Pro tātꝭ do-
nis tātꝭq; gratuitis bñficijs. ne tibi ingrat⁹
efficiar: ꝯfitebor tibi. S; quō confitebor
Est em̄ duplex accepta tibi ꝯfessio. Est cō
fessio criminis. de qua inq̄t p̄s. Dixi cōfite-
bor aduersuz me iniusticiā meā. ⁊ tu remi
sisti impietatē pcti mei. Est ⁊ ꝯfessio lau-
dis. de qua idē ait. Uenite exultemus dño
iubilem⁹ deo salutari nostro. p̄occupem⁹
faciē ei⁹ in ꝯfessione. ⁊ in psalmis iubilem⁹
ei. Jntratur⁹ igit̄ ad altare dei hac vtraq;
ꝯfessione ꝯfitebor tibi. Cōfitebor p̄us iiu
sticiam meā. vt tu peccati mei iniquitatez
remittēs cōferas gratiā tuaz. Confitebor
deinde ꝯfessione laudis in exultatōe men
tis ⁊ iubilatione vocis licet ꝑua ⁊ tue ma
iestati indigna. tibi gratias referēs de vni
uersis magnis donis tuis ac bñficijs Et
hoc est qđ d̄r Cōfitebor tibi i cythara S;
quare dictū est i cithara. Audio alibi psal
mistam Dauid alia musice instrum̄ta enu
merantē ⁊ dicentē. Laudate eū in sono tu
be. laudate eū in psalterio ⁊ cythara. i tym
pano ⁊ choro. in cordis ⁊ organo. in cym-
balis iubilatōis. q̄ oīa nō carnaliter ſ; spi
ritualiter intellecta ⁊ humanis actib⁹ cō-
parata. ibi figuralit̄ dei laudes dicunt̄ ꝑ-
sonare Cur hic ergo de his tacz. Cur psal
terium cū cythara nō numerat. cuz alibi
dicat in psalterio iocūdo cū cythara. dās
intelligere h̄ duo inter oīa musice instru-
mēta esse iocūdiora. Audio illa psalmiste
v̄ba ⁊ in his attēdo mysteria. Hic de psal
terio iocūdo alijsq; instrumētis alti⁹ reso
nātib⁹ tacet. ⁊ de sola cythara q̄ bassius ac
suaui⁹ resonat loquit̄. Psalterium quippe a
suꝑiori sonat. cythara ab inferiori. Jlla ḡ
grāꝝ actō fit i psalterio q̄ cū iocūditate ad
suꝑiora sublimi⁹ eleuat̄. illa v̄o in cythara
que in aduersitate adhuc qđammō ad in
feriora dep̄mit̄. Habet aūt hec sp̄ualis cy
thara tres inferiores cordas. que si bñ re-
sonātes ꝯcordēt. ceteraꝝ cordaꝝ. i. v̄tuosa
rum operationū. totiusq; eaꝝ ꝯsonātie ac
sp̄ualis melodie tenorē sustinēt. Hec sunt
cordis ꝯtritio. oris ꝯfessio. oꝑis satisfactō

Nis cordis tribꝰ hꝰ spūal' cythare sonꝰ a
tono humilitatꝫ inferiꝰ inchoaꝛ. ꝛ tādē ad
sonū iocūditatis ꝛ iocūde exultatōis pau
latim altiꝰ subleuaꝛ. qꝛ vt ꝟitas ait Qui se
humiliat exaltabiꝛ. O vtinā dn̄e vtinā in
hac cythara tibi digne valeā grāꝝ actiōes
referre. ꝛ in hꝰ vite miseria hūilit' psallere.
Cōfitebor tibi ī cythara. Hoc vtiqꝫ dn̄e.
hoc ꝯfidēter spero ex tua pietate. sꝫ ex mea
prauitate diffidēs meip̄m increpo dicēs.
Quare tristis es aīa mea. ī sensualitate. et
q̄re ꝯturbas me. in rōe. Nec h̄ supflue re/
peto sꝫ frequēter ꝯ̄ tristiciā seculi ꝑsuadeo
sciens ꝙ ip̄a sꝑ bonis rebꝫ aduersa est. Et
vt egregie q̇dā ait. ꝑ hāc patiē robur fran
gitur. ꝑ hāc charitatꝫ lumē extinguitur. ꝑ
hāc spei nostre desideriū molestaꝛ. ꝛ vt bre
uius ꝯcludā. ꝑ hāc hoīs vita ꝯfunditur ꝛ
ad miserabilē mortē deduciꝛ. Noli igitur
o aīa mea tristis esse noli me ꝯturbare. sꝫ
potiꝰ spera in dn̄o ꝛ letare ī eo. qm̄ adhuc
ꝯfitebor illi. Jā em̄ in cythara ꝯfiteor. sed
adhuc in psalterio ꝯfitebor. Et si nō ꝑfe/
cte in via hꝰ p̄n̄tis miserie. tn̄ finaliter ī pa
tria celestis gl'ie. Sꝫ q̇d ꝯfitebor illi. Qꝛ
tu es salutare vultꝰ mei ꝛ deꝰ meꝰ. O bre/
uis valde ꝯfessio. sꝫ magno plena myste/
rio. Cōfitebor tibi dn̄e ihu xp̄e qꝛ tu solus
es salutare a q̇ ꝛ nō ab alio est mihi salus.
Tu salutare vultꝰ mei. i. saluator meus in
forma hūana quā assumpsisti filius michi.
tu idē ip̄e es. ꝛ deꝰ meꝰ ꝛ creator meus Tu
ḡ saluator meꝰ ꝛ verꝰ hō ꝛ verꝰ deus. Hoc
lōge añ sanctꝰ dauid ꝯfitēdo ꝓphetauit qꝺ
postea apl'oꝝ p̄nceps ꝯfessus ē. Tu es in/
quit xp̄s filiꝰ dei viui. Tu es xp̄s ꝺm hūa/
nitatē. filiꝰ dei viui ꝺm diuīitatē. ex qua cō
fessione audire meruit. Et ego dico tibi.
qꝛ tu es petrꝰ ꝛ sup hāc petrā edificabo ec
clesiā meā. O vtinā h̄ ita digne fideliterqꝫ
ꝯfitear ꝙ hꝰ ꝯfessionis merito dignuꝫ ec
clesie mēbꝝ efficiar ꝛ istiꝰ nūc militātis in
terris. ꝛ tandē illiꝰ triūphantis ī celis. qꝺ
vt p̄stare digneris tu deꝰ meus ꝛ salutare
vultꝰ mei. da mihi finalit' videre lum̄ vul
tus tui. Ubi cū patre ꝛ sp̄ūsctō viuis ꝛ re
gnas in secula seculoꝝ Amen

Explicit deuota meditatio sup psal/
mo Judica me deus. cōposita a dn̄o
Petro cameracē. basilie decima die
Junij Anno. M.ccccxiiij.

Incipit expositio domini Petri de ail
lyaco episcopi cameracenꝭ super cantica
canticorum

Prologus

Osculetur me

osculo oris sui]. Iste li
ber diciꝛ canticū amoris.
vel canticū cantici. seu cā/
tica canticoꝝ. Singulari
ter em̄ dici potest canticū propter vnitatē
amoris. quia quidquid hic caniꝛ amor est
sed pluraliter diciꝛ canticoꝝ propt' diuer
sitatem ꝑsonaꝝ hic loquentiū. q̇ sunt spō/
sus. id est. xp̄s. sponsa. id est. eccl'ia. vl' que
libet anima sancta. vel specialiter ꝟgo be/
ata. de qua totꝰ liber iste pene legiꝛ et can
tatur. Sodales sponsi vel amici. id est. an
geli ꝛ omnes qui in viꝝ perfectum veniūt
Adolescentule. i. incipiētes ꝛ adhuc tene/
ri in fide. Ad h̄ ꝓpositum vide glosam.
Materia ergo huius libri sunt spōsus
ꝛ sponsa. Intētio Salomonis est horta/
ri spōsam ad oscula ꝛ amplexus. ꝛ ab om
ni amore adulterino reuocare. Un̄ patet
falsitas erroꝝ illoꝝ q̇ dicūt Salomonem
hūc librū cōposuisse ob amoreꝫ cōcubine
carnalis quā amore fornicario diligebat
Finis em̄ huiꝰ libri est dilectio. nō quideꝫ
carnal'. sꝫ spūalis spōsi ꝛ spōse. i. xp̄i ꝛ eccl'e
Uide glosam Titulꝰ talis est. Incipi/
unt cantica cāticoꝝ Salomonis. siue cā/
ticum cantici. sic dictū ꝓpter excellentiam
Est em̄ triplex canticū. s. canticū in exitu
vicioꝝ. de quo Exodi. xv. qn̄ moyses ceci
nit In exitu filioꝝ isrl' de egypto Cāticū ī
progressu virtutum. de quo diciꝛ Deuꝛ.
xxxij. quando cecinit Moyses. Audite ce
li que loquar. ꝛc̄. Et canticum in cōsum/
matione bonoꝝ operum. de quo hic. Un
de glosa. Si vis ascendere ꝛc̄. In hoc
ergo libro Salomon canit epitalamium
sponsi ꝛ sponse. siue nuptiaꝝ xp̄i ꝛ eccl'ie.
que quidē nuptie fiunt in cōsummatione
bonorum operū. Nam tunc ecclesia chri/
sto nuptialiter cōiungitur. quando ip̄a in
virtutibꝫ perfecta est ꝛ in bonis operibus
cōsummata Continet autē liber iste so
lum octo capitula. que ꝛ si breuia sint in
verbis. lōga tn̄ sunt in sententijs. In pro
cessu expositionis huiꝰ libri non intendo
insistere curiosis dictōibꝫ seu ꝯtinuatōibꝫ

capituloꝝ vel ꝑtiū ad inuicē. Sꝫ qꝛ liber iste dyalogꝰ est. in quo sunt q̄ttuoꝛ ꝑsonatus spōsi videlicet ⁊ spōse. sodaliū ⁊ adolescentulaꝝ. sicut ex dictꝭ patet. iō solū intēdo vti quadā distinctōe clausulaꝝ. vt appareat qn̄ spōsus loquit᷑ vel spōsa vł sodales spōsi vel adolescētule spōse.

Capitulū primū

b Abet igit᷑ primū capitulū octo ꝑtes. In quaꝝ ṗma hec ꝟboꝝ series ꝯtinet᷑. ⌊ Osculet᷑ me osculo oris ⁊c. ⌋ ⁊ sunt ꝟba eccīe in ꝑsona antiquoꝝ xp̄i aduentū in carnem desiderantium

Prima pars

d Icit ꝗ ⌊ Osculet᷑ me ⌋. s. deus pr̄ ⌊ osculo oris ⌋. i. vnione filij dei Uel ⌊ Osculet᷑ me osculo oris sui ⌋. i. nō loquat᷑ mihi Moyses vel Isaias vel aliꝰ ꝓphetaꝝ. sꝫ ore suo filiꝰ dei me erudiat. Uel ⌊ Osculet᷑ me osculo oris sui ⌋. i. blandū ⁊ hylarē se mihi exhibeat. nō aspeꝝ vel terribilē. sicut in veteri testamēto. Sunt aūt tria circa istā lr̄am notāda. Primū est ꝙ nō ḋr hic ⌊ Osculet᷑ me ⌋ ore suo sꝫ ⌊ osculo oris sui ⌋ qꝛ nō patrem ꝑ vnionē cōiugij postulat. sed filium patris. ꝗ os. i. verbū patris ḋr Secūdo notandū ꝙ in h̄ osculo tria sunt ꝯsideranda. Primo qꝛ labia sese osculantiū se ꝯsociant. Secūdo interiores anhelitus ꝯspirant. Tertio corꝑa ipsa sibi inuicē appropinquāt. In ṗmo signat᷑ cōiunctio naturalis humanitatis ⁊ ꝟbi diuini. In secundo vnio spirituū diuini ⁊ humani. In tertio cōparticipatio passionū xp̄i ⁊ xp̄iani

Tertio notandū ꝙ triplex est osculum scꝫ ad pedes ꝑ peccatoꝝ remissiōe. ad manus ꝑ gratiaꝝ actōe. ad os ꝑ mutua dilectione. Quia igit᷑ osculū oris signū est dilectiōis. federis. ⁊ recōciliatiōis. homagij ⁊ matrimonij. ideo eccīa hec oīa ꝑ incarnationē xp̄i ⁊ vnionē ꝟbi diuini se adepturam sperās. eū ꝑ osculū petit dicēs ⌊ Osculetur me osculo oris sui ⌋. Et cām subdit. ⌊ qꝛ meliora sunt vbera tua vino ⌋ id ē. refectio p̄sentie tue vel euangelice doctrine. melior est feruore legis. vel quibusribꝫ aliis documētis. sunt em̄ ⌊ fragrantia vngētis optimis ⌋. i. redolētia donis spūssancti

Uel spūaliter ꝑ vbera spōsi possunt intelligi lōganimitas expectātis. ⁊ clemētia suscipiētis. ⁊ ꝑ vbera spōse ꝯgratulatio ⁊ cōpassio. Lac aūt istoꝝ: gaudere cū gaudentibꝫ. ⁊ flere cū flentibꝫ. vt dicit apostolꝰ

Sequit᷑. ⌊ Oleū effusum nomē tuum ⌋ Ubi alia causa reddit᷑. quare spōsa osculū petit. scꝫ quia ⌊ nomē tuū ⌋ quod est xp̄us. est ⌊ oleū effusum ⌋. Christꝰ em̄ ad lr̄am interp̄tatur vnctꝰ. Est igit᷑ hoc nomē effusū quia lassos cōfortat. languidos sanat. cecos illuminat. ⁊ omni noī supꝑnatat. ⁊ iō quia te: ipm nō dat᷑ amplecti. interea odor nomis tui mecum ex desiderio ꝑnoctabit Uel pōt exponi ⌊ nomē tuū ⌋. i. fama nois tui. est ⌊ oleū effusum ⌋. i. toti mūdo manifestū Iō ⌊ adolescētule ⌋. i. rudes ī fide. ⌊ dilexerūt te nimis ⌋. i. vehemēter. Uñ ī feminino ḋr adolescētule. ad exṗmendū vehementiā amoris. qꝛ ardētiꝰ amāt. Si igit᷑ ꝑpter effusionē soliꝰ nois adeo ardēter ⁊ vehemēter diligit᷑ spōsus. q̇d erit cū res ipsa ⁊ veritas apparebit. De oībꝫ em̄ q̄ spōso cōueniūt nihil noīare potuit. qđ lōgiꝰ a veritate ipsius esset

Secūda pars

t Rahe me post te ⌋ Hucusqꝫ fuit vox eccīe in ꝑsona p̄cedentiū aduentū xp̄i. hec aūt est vox eiꝰ post ascensionē. Uñ qꝛ nemo venit ad deū nisi tractꝰ. iuxta illud. Nemo pōt venire ad me. nisi pr̄ meꝰ. ⁊c. iō eccīa post ascēsionē xp̄i alloquit᷑ xp̄m dicēs. ⌊ Trahe me pꝰ te ⌋ Quasi diceret Trahe me qđammodo inuitā. vt reddas volūtariā. Trahe me torpentē. vt reddas currentē. Trahe me. q̇a retinet propria ponderositas. Trahe me quia retrahit mūdi suauitas. Et ideo trahe me. aut terrendo minis. aut exercendo flagellis. aut blandiēdo beneficijs. Trahe me igit᷑ ⌊ Curremꝰ ⌋. s. ego ⁊ adolescentule meo exēplo excitati. ⌊ In odore vngētoꝝ tuoꝝ ⌋. i. in virtutē donoꝝ tuoꝝ. nō in vigore meritoꝝ nostroꝝ. Uel ⌊ In odore vngentoꝝ tuoꝝ ⌋. i. in imitationē operū tuoꝝ. in cōsideratione miraculoꝝ. vel ī fama nominis tui ⁊ tuoꝝ apłoꝝ De quibus ḋr. Christi bonus odor sumꝰ Sequit᷑. ⌊ Introduxit ⌋ Dixerat em̄ in quo currendum. s. in odore vngentoꝝ tuoꝝ. nūc dicit ad q̇d currendū. s. ad cellaria spōsi. Dicit aūt. ⌊ Introduxit me ⌋ qꝛ licꝫ oēs currant ipa tm̄ que ardētiꝰ amat velociꝰ currit. ⁊ iō citiꝰ sola ad t̄minū ꝑuenit ⌊ introduxit ꝗ me

rex ĩ cellaria sua ⌋ Diuersa cellaria diuerse sunt ecc̃ie ꝑticulares. in eadẽ domo seu eadẽ ecc̃ia generali. qꝛ archa noe licꝫ vna fuerit. ecc̃ie vnitatẽ ꝑfigurãs. plures tam̃ habuit camerulas ꝯdistinctas. Ul' diuersa cellaria diuerse sunt intelligẽtie scꝑturarum. Uel ⌊ Introduxit me rex in cellaria sua ⌋. i. in ecc̃iam triumphantẽ. in qua mãsiones multe sunt ⌊ Introduxit ⌋. s. nũc in spe. tandem ĩ re Sequit᷑. ⌊ Exultabimus ⌋. Eccl'ia em̃ loquit᷑ ad spõsum grata de beneficijs: nõ elata. dicẽs. ⌊ Exultabim⁹ ꝛ letabimur ĩ te ⌋ nõ in nobis. sic̃ superbi ꝛ ingrati. nec in cellarijs tuis. id est. in gaudijs tuis. sicut mercenarij. ⌊ sꝫ ĩ te ⌋ sicut veri filij ꝛ amici. ⌊ Memores vberꝝ tuoꝝ ⌋. i. p̃ceptoꝝ documentoꝝ seu donorum tuoꝝ ⌊ suꝑ vinũ ⌋. i. suꝑ austeritatẽ legis. vel voluptatẽ carnaliũ desiderioꝝ. q̃ inebriant mentẽ. ⌊ Exultabim⁹ ⌋. inq̃ꝫ ĩ futuro ad plenũ. ꝛ nõ modo Uel ſꝫm Berñ. hec potest esse vox adolescentulaꝝ cõgratulantiũ sponse ꝛ dicentiũ. ⌊ Exultabim⁹ in te ⌋ nõ in nobis. quia nõ meruim⁹ ĩtroduci. ⌊ Memores vberꝝ tuoꝝ ⌋. i. meritoꝝ tuoꝝ dulciũ nobis ⌊ suꝑ vinũ ⌋. s. preterite iocũditatis carnalis. ⌊ Exultabimus ⌋. inq̃ꝫ. quia ⌊ Recti diligũt te ⌋ Recti scꝫ. i. illi q̇ nõ sunt ingrati. qđ dicit ꝓpter sorores murmurãtes ꝛ spõse inuidẽtes. Et ad eũdem sensum potest esse vox spõse ad sponsum dicẽtis. ⌊ Recti ⌋. i. non ingrati ⌊ diligunt te ⌋. vide glosam

Tertia pars.

n Igra sum ꝛc̃ ⌋ Uox est spõse adolescentulas exhortantis. ꝛ eas ad passionũ tolerantiã ꝛ ꝑseuerãtiã inducẽtis ꝛ murmur blasphemãtium cõpescẽtis. Quasi diceret. Uos vultis mecum in cellaria ĩtroduci. non ergo vos terreat tribulatio. quia ꝛ ego ⌊ nigra sum ⌋. s. extери⁹ tribulatõib⁹ et p̃ssuris ⌊ sed formosa ⌋. s. interi⁹ virtutum decoramentis. ⌊ nigra ⌋ ſꝫm statũ p̃teritũ sub peccato. ⌊ sed formosa ⌋ ſꝫm statũ p̃ñtem sub gratia ⌊ nigra ⌋ iudicio mũdi ⌊ formosa ⌋. iudicio dei. vel ⌊ nigra ⌋ in aliquib⁹ vestrũ scꝫ in ꝑuersis. ⌊ sed formosa ⌋ in fidelib⁹ et iustis. ⌊ nigra sum ⌋ igit᷑ ⌊ sed formosa filie hierusalem ⌋. s. illi⁹ hierl'm que libera es. ꝛ q̃ est mater nostra. ad Gal'. iiij. Om̃es autẽ vocat filias hierl'm ꝓpter fidei cõfessionẽ. sacramentoꝝ susceptionẽ. fideliũ societatem ꝛ future salutis spem. Nigra sum igitur. ⌊ sicut tabernacula cedar ⌋. Cedar filius ismaelis. Man⁹ eius ꝯtra om̃s. ꝛ manus omniũ ꝯtra eũ. ꝛ nullũ inter homĩes hñs locũ. sed in tabernaculis ꝑ neq̇tia sua sꝑ habitãs. sic ꝛ iusti ꝓ meritis suis credunt᷑ expelli ꝛ affligi. ꝛ quasi hostes oĩm iudicãtur. Uñ dꝛ. Eritis odio hominib⁹ ꝓpt᷑ nomen meũ. Sic etiã ecc̃ia. quasi nullũ habens hic habitaculũ semꝑ est in militia. ꝛ ventis tribulationũ exposita. Exterius g̃ ⌊ nigra est sicut tabernacula cedar ⌋. sed interius ⌊ formosa sicut pelles salomonis ⌋ quib⁹ scꝫ ip̃e texit tabernaculũ. vt dic̃ glo. De pellib⁹ inq̇t rubricatis fecit sibi tabernaculũ salomon. Hec glosa. Sꝫ dubiũ est vñ hoc sumpsit glosa. cũ hoc de Salomone nusq̃ꝫ legat᷑ in biblia. hoc aũt de dauid. ij. Regũ. vij. Et. j. Paral'. xvij. Potest aũt dici q̄ Salomon templũ edificauit. ꝛ verisimile est. q̄ donec ip̃m totũ ꝑfecissꝫ ip̃m texit pellib⁹ p̃ciosis. ꝛ de his loquitur text⁹ ꝛ glosa Sequit᷑. ⌊ Nolite me ꝯsiderare q̄ fusca sim. ꝛc̃. ⌋ qꝛ em̃ dixerat. ⌊ nigra sum ⌋ ideo subdit. ⌊ nolite ꝛc̃. ⌋ Quasi diceret. Nõ vos terreat hec nigredo. quia nõ est naturalis sed accidẽtalis. nam ⌊ decolorauit me sol ⌋. s. sol tribulatõis in qua de⁹ illucet. dando in tẽptatione ꝓuentum Uel sol iusticie. ꝓpter cui⁹ amorẽ h̃ patior

Uñ nota q̄ iusticie ecc̃iam colorauit decolorauit. ꝛ recolorauit Colorauit ĩ natiuitate. decolorauit in passione. recolorauit in resurrectõe. Et ita dici potest de beata virgine q̄ sol iusticie eaꝫ colorauit in cõceptione. decolorauit in morte. recolorauit in assumptõe Sequit᷑. ⌊ Filij matris mee ꝛc̃. ⌋ Ubi declarat quod dixerat. Dixerat se decoloratã ꝓpter passiones tribulationũ. iõ hoc declarãdo subdit ⌊ Filij matris mee ⌋. i. iudei. q̇ sunt filij ex eadẽ matre. s. synagoga. sꝫ nõ ex eodeꝫ patre. q̇a eis dꝛ. Uos ex patre dyabolo estis. Joh̃. viij. Isti g̃ filij adulterini ⌊ Pugnauerunt ꝯtra me ⌋. s. disputatõib⁹ ꝛ afflictõib⁹ ⌊ Posuerũt me custodẽ in vineis ⌋. s. ĩ vineis gẽtium ⌊ vineã meã nõ custodiui ⌋. i. locũ vinee. s. hierl'm incustoditũ dimisi. licet ĩuita ꝛ expulsa. Hanc aũt vineã suã dicit. q̇a ad eã spẽaliter missa fuerit. ab ip̃a tñ expulsa fuit. t̃pe xp̃i ꝛ apl'oꝝ. iõ ad vineã gentiũ

id est.ad p̄dicatiōem fidei ⁊ eruditionem
gentiū se cōuertit. Juxta illud. Ecce ꝯuer
timur ad gētes.⁊c̄. Uel ista mater de qua
hic loquit̄ potest dici Eua. cuiꝰ filij sunt
motus culpabiles. affectiones carnales.
⁊ tēptatiōes penales. que oīa ꝯtra ꝓmiti/
uam ecc̄iam pugnauerūt.

Quarta pars.

i Ndica mihi quē diligit aīma mea
vbi pascas ⌊vel⌊ vbi pascat ⌋.s̄m
aliā litterā. Si aūt littera habeat
⌊vbi pascat ⌋tūc est vox ecc̄ie gentium ad
ecc̄iam iudeoꝝ. Quasi diceret ecc̄ia genti
um.i.eccl'ia assumpta de gentibꝫ.posita sū
custodie in vineis sicut ⁊ tu.sed ne fallar ī
multitudine hereticoꝝ ⁊ ypocritaꝝ⌊ In/
dica mihi ⌋.s.spōsum tuū.⌊quē diligit aīa
mea vbi pascat ⁊ vbi cubet ⌋.i.in quibus
delectatur ⁊ q̄escat ⌊ ī meridie ⌋.i.in splen
dore maiestatis sue. Ubi notandum. ꝙ
cenaculū sponsi meridianū sunt ipsi boni
actiui. qui bonis operibꝫ eum pascūt. sed
cubiculū meridianū sunt ipi cōtemplati/
ui. q̄ diuinis ꝯtemplatōibꝫ eum suscipiūt.
Secūdo nota ꝙ triplex est xp̄i cenacu
lum vel cubiculū.s.matutinū. vespertinū
⁊ meridianū. Matutinū fuit ipa synago
ga in patriarchis ⁊ ꝓphetis. Uespertinuꝫ
erit quādo reliquie eoꝝ salue fient. vt dic̄
scriptura. Sed meridianū fuit ecc̄ia post
ascensionē. quādo in die penthecostes sol
iusticie feruore caritatis suos discipulos
igne spūssancti visibilit̄ inflammauit. Si
vero littera habeat⌊ Ubi pascas. vbi cu/
bes ⌋.tūc est vox adolescentulaꝝ ad spon/
sam. ⁊ erit idē sensus ⁊ eadē expositio q̄ ꝓ/
us.⌊ Ne vagari ⁊c̄. ⌋.i.ne vaga. errabūda
⁊ hesitās currā post multitudinē heretico
rum. hypocritaꝝ. ⁊ falsoꝝ fratꝝ. qui deuꝫ
ore cōfitētur. factis aūt negant. Unde so/
dales dicunt̄. de quibꝫ Ecc̄i.xxxvij. So/
dalis amico cōiocundat̄ in oblectatiōibꝫ.
⁊ in die tribulatiōis aduersariꝰ erit. Uel
⌊ Jndica mihi ⌋.potest esse vox spōse post
sudores vite actiue. refectionē ⁊ quietē vi/
te ꝯtemplatiue optātis. Est aūt ꝯtempla
tionis quasi hora matutina cogitatio. q̄si
hora tertia meditatio. quasi meridies: vi/
sio quā optat. quasi hora vespertina cog/
nitio ꝑ creaturas. Uel meridies potest ī/
telligi ecc̄ia triumphās. quā sibi indicari
optat ecclesia militans. ibi pasci ⁊ cubari
cum sponso cupiens

Quinta pars

s J ignoras ⁊c̄. ⌋. Uox est spōsi spō
sam arguētis. petierat em̄ sibi īdi/
cari cenaculū spōsi ⁊ cubiculum.
q̄d ipa est. ideo videt̄ ignorare seipsaꝫ Ul'
ad id refertur ꝙ dixerat se nigrā decolo/
ratā ⁊ fuscam. cū ipa sit colorata. candida
⁊ pulcra. Dicit ḡ.⌊ Si ignoras te ⌋.s.que
⁊ qualis sis. Uel ⌊ si ignoras te ⌋.ꝑ tribu/
lationē pulcriorē fieri ⌊o pulcerrima īter
mulieres ⌋.i.suꝑ omnes infirmoꝝ congre
gatiōes. Quasi diceret. tu videris ħ igno
rare. ⁊ male. ⁊ ideo ⌊egredere ⌋.s.a meo cō
sortio vel amplexu Et nota ꝙ hic nō te
netur verbū egredere imꝑatiue. sed ꝑmis/
siue vel ꝓmissiue. quia ꝓmittit ⁊ p̄dixit q̄d
euentuꝝ erat Quasi diceret ⌊ egredere ⌋.i.
egredieris ⌊ ⁊ abi ⌋.id est. abibis ⌊ post ve/
stigia gregū tuoꝝ ⌋post varios actꝰ erran
tium ⌊ ⁊ pasce ⌋.i. pasces praua doctrīa ⌊he
dos tuos ⌋.i.ꝑuersos auditores vel p̄uos
motus carnales ⁊ fetidos nutries ⌊ Jux/
ta tabernacula pastoꝝ ⌋.s.secuta scolas p̄
uorum ⁊ doctrinas iniquoꝝ magistroꝝ.
Uel ⌊ Juxta ⁊c̄. ⌋.i.iuxta veros doctores
vt eis similis videaris. cū tn̄ futura sis eis
dissimilis ⁊ aduersa Sequit̄ ⌊ Equita
tui ⁊c̄. ⌋ Uñ quia spōsus nō vult spōsam
ignorare seipam. ꝓpter q̄d increpando di
xerat. ⌊ Si ignoras ⁊c̄. ⌋ideo post cōmina
tionē ⁊ increpatiōem blandicijs vtit̄. et ꝑ
beneficia ipam ad cognitiōem sui reducit
dicēs. ⌊ Equitatui meo ⌋.i.populo israeli
tico ⌊ assimilaui te ⌋.i.similē feci. vt sicut il
le ꝑpl'us vsqꝫ ad transitū maris rubri sem
per afflictꝰ est ab egyptijs. ita tu a filijs ma
tris tue vsqꝫ ad mortē. Et ordinabitur sic
l'ra. ⌊ O amica mea ⌋.i.custos ⁊ ꝯsciētia se
cretoꝝ meoꝝ ⌊ assimilaui te ⌋.i.similē esse
monstraui ⌊ equitatui meo ⌋.i.ꝑpl'o israe/
litico. existēti ⌊ in curribꝫ pharaonis ⌋.i.exi
stenti tꝑe curruū pharaonis.i.in tꝑe cur/
rentis ꝑsecutiōis pharaonis. ⁊ sicut illuꝫ
tūc liberaui. ita ⁊ te liberabo. ideo debes
ꝯstanter ⁊ patiēter hmōi ꝑsecutōes suffer
re Uel dic ⌊ assimilaui te eq̄tatui meo ⌋.s.
ad equitandū. ⌊ in curribꝫ pharaonis ⌋.i.
ꝯtra currus pharaonis. s. currus malicie
auaricie. luxurie. ⁊ cuiuslibet iniquitatis.
Equitatꝰ aūt spōsi sunt equoꝝ apparatus
quoꝝ alij sūt dextrarij. armis scꝫ patiētie

armati.alij palefredi.i.ꝯtēplatiui.q̄ dn̄m
suauiter portāt.alij summarij vt ꝑdicato/
res q̄ victualia ⁊ arma virtutū alijs circū
ferunt.alijs currilcs.vt p̄lati boni q̄ pecto
re ⁊ humeris.i.sapiētia ⁊ oꝑatione plebez
quasi currū ad celū trahūt. Iste ḡ equita
tus sponsi cui assimilatur spōsa continue
certat ꝯtra currus pharaonis.i.dyaboli.
ideo dr.[Assimilaui te.⁊c̄] Sequitur
[Pulcre sunt] Vn̄ quia spōsa nigram et
fuscam se causata fuerat.ideo spōsus ꝺ h̄
eam ꝯfortās eiꝰ pulcritudinē describit. in
cipiēs a genis.vbi pulcritudo mulierum
maxime videt̄ apparere. Genas aūt eccl'ie
ꝑdicatores dicimꝰ.in quibꝫ deformitas, l'
pulcritudo eccl'ie maxime cōsistit. Genis
vero turturis assimilant̄.qꝛ turtur amis/
so compare nulli alteri associat̄.⁊ꝑ cantu
gemitū assumit.sic eccl'ia seꝑata corporali
p̄ntia a spōso nullū extraneū admittit cō
sortium.⁊ sola sedꝫ sua ⁊ alioꝝ peccata ge
mens. Dicunt̄ etiā ipi ꝑdicatores collum
ecclesie.qꝛ collo verba ꝓferunt̄.cibꝫ in cor
pus trahit̄.corpꝰ capiti iungit̄.sic de ꝑdi/
catoribꝫ.⁊c̄. Predicatores etiā monilibus
cōparant̄.qꝛ pectꝰ eccl'ie verbis ⁊ exemplis
muniūt.ne adulter dyabolꝰ manū suā in/
serat.⁊ ornāt pectus ecclesie.sicut ꝟginale
pectus monilibꝫ adornat̄.ideo dicit̄. Pul
cre sunt gene.⁊c̄. Sed qꝛ eccl'ia possꝫ dice
re.vere pulcra sum vt asseris.sed non ha/
beo vn̄ meū possim ꝟuare decorē.ideo sb/
dit spōsus.[Murenulas aureas].id est.
sacraꝝ scripturaꝝ sn̄ias.vel quaslibet isti
tutiones bonas [facienꝰ tibi].s.ego p̄r et
spūssanctꝰ.vel ego ⁊ mei coadiutores apo
stoli seu apl'ici viri.[vermiculatas argen
to].i.distinctas nitore sacri eloquij.iuxta
capacitatē auditoꝝ. Alia lr̄a aliter habet.
sed de hoc vide glosam Hic aūt notā/
dum est ꝙ murena piscis ē rotundꝰ ⁊ lon
gus.ꝑ quē xp̄i eternitas ⁊ eccl'ie lōganimi
tas accipi posset.est etiā q̄ddā ornamentū
aureū.vn̄ murenule dici p̄nt cathene q̄bꝫ
monilia colligant̄ collo.⁊ significāt intel/
ligētiam spūalē ⁊ vite mundiciā.ꝑ que sa/
cra scriptura collo eccl'ie.i. ꝑdicatoribꝫ est
ligata. Itē in auro spūalis intelligentia.⁊
in argēto vite mūdicia accipit̄.ꝑ q̄ decor
eccl'ie custodit̄.ideo dicit [murenulas au
reas ⁊c̄]

C Um esset rex in ac.⁊c̄.] Vox ē spō
se ad sodales spōsi vel ad adolescē
tulas.vbi ostendit̄ qua deuotōe spō/
si bn̄ficia suscepit.⁊ q̄ntū ex eis ꝓfecerit.⁊
q̄d ꝑ eis fecerit dicēs [Cū esset rex ī accu
bitu suo].i.in vtero ꝟginis in cōceptione
vel in patibulo crucis in passione. vel ī si
nu patris in ascēsione.[nardꝰ mea].que ē
herba humil' ⁊ calida.i.humilitas ⁊ chari
tas mea [odorē suū dedit].i.bonā opini/
onem.mādata eiꝰ ⁊ ꝯsilia implēdo. Vl' in
ꝑsona beate virginis [Cū esset rex ⁊c̄].id
est.in sinu patris filiꝰ dei.[nardꝰ mea].i.
humilitas [odorē suū dedit] neqꝫ em̄ ce/
drus neqꝫ cypressus neqꝫ alia arbor alta.
sed sola nardꝰ [odorē suū dedit] ꝓpter qd̄
in virginē descēdit. qꝛ scriptū est. Respe/
xit humilitatē ancille sue. Luc̄.j. Vel pōt
dici in ꝑsona marie magdalene.[Cū essꝫ
rex in.⁊c̄.].i.xp̄s in mēsa in domo Lazari
[nardꝰ ⁊c̄].i.vngentū.⁊c̄. Sequitur.
[Fasciculꝰ mirre ⁊c̄.].i.tota ꝯgeries tri/
bulationū quas dilectꝰ meꝰ ꝓ me sustinu
it.nunq̄ꝫ a memoria mea recedet: sꝫ semꝑ
erit mihi p̄ns ꝑ recordatiōem ⁊ cōpassio/
nem.⁊ ideo [inter vbera mea cōmorabi/
tur] Vbera aūt spōse dici p̄nt gratitudo ⁊
humilitas q̄ maxime spōsum alliciūt ⁊ de
lectant Hic aūt est notandū ꝙ xp̄s dici
potest fasciculꝰ mirre.qꝛ mirra potatus et
mirra ⁊ aloe perlinitꝰ. Vel ꝑ fasciculum
mirre.vt iā tactū est.p̄nt intelligi amaritu
dines pluriū tribulationū xp̄i. Nā mirra
arbor est arabie.cuiꝰ gutta etiā mirra dr.⁊
est multū amara Sequit̄ [Botrus cy
pri ⁊c̄.] Quia eccl'ia dixerat xp̄i passiones
semꝑ sue adesse memorie. iō subdit quem
fructū inde ꝯsequit̄ dicēs [Botrꝰ cypri].
factus est supple [dilectꝰ meꝰ mihi].id est
factꝰ est mihi causa leticie in resurrectiōe.
q̄ fuerat mihi [fasciculꝰ mirre].id ē.causa
amaritudinis ⁊ tristicie ī passione. Cyprꝰ
em̄ insula est florida ⁊ abundās racemis.
vinū dulce facientibꝫ ⁊ forte.botrꝰ autē est
vua cū palmite ⁊ signat xp̄m floridū fortē
⁊ dulcē in resurrectiōe. Engaddi vero ci
uitas est eadē q̄ ⁊ hiericho . vbi fuit olim
vinea balsami.quā cleopatra transtulit ī
babilonē. Arbores aūt balsami qꝛ in mo
dū vineaꝝ excolunt̄ vineas appellat. Dic
ergo [Botrus cypri dilectꝰ meus mihi].
id est.dulcis fortis ⁊ floridꝰ.factꝰ est mihi

dilectꝰ meꝰ. ⁊ apparet ⌊in vineis engaddi⌋
id est. in collectionibꝫ gentiū seu quorum/
libet peccatoꝝ. q̇ d̄ hedis. fonte baptisma
tis facti sunt agni. Engaddi em̄ fons he/
di interp̄taṫ. Uel Botrus cypri factus est
mihi. ille scꝫ q̇ ⌊habitat ī vineis engaddi⌋
id est. in his q̇ ex temptatōe florescūt. vl' in
his qui in tēptatiōe oculo cordis deuꝫ re
cognoscūt. Engaddi em̄ alia interp̄tatōe
diciṫ oculꝰ temptatiōis. Fuit ergo rex. id
est. xp̄s ⌊in accubitu suo⌋ in vtero ꝟginis
existens. fuit ⌊fasciculꝰ mirre⌋. in cruce pē
dens ⁊ moriens. fuit ⌊Botrus cypri⌋. de
morte ad vitā resurgēs. fuit ⌊in vineis en
gaddi⌋ spūm sanctum visibiliter mittens
Tūc em̄ vino spūali ⁊ balsamo totā eccle
siam suā inebriauit. Ecce ergo q̄ꝫ breuiṫ ⁊
succincte ecc̄ia quattuor bn̄ficia spōsi re/
colligit ⁊ cū gratitudine recognoscit. Un̄
ꝑ p̄mum inuitaṫ ad humilitatem. ꝑ secun
dum excitaṫ ad deuotōem. ꝑ tertiū erigiṫ
ad spem. ⁊ ꝑ quartū inflāmaṫ ad amorez.
His igitur quattuor beneficijs ⁊ quattu/
or virtutibus ecclesia pulcra effecta: statī
a sponso audire meruit ⌊Ecce tu pulcra⌋

Septima pars

e Ecce tu pulcra⌋ Uox est spōsi: ad/
mirationē faciētis suꝑ pulcritudi
ne sponse. Un̄ notandū q̄ bina
vice dicit eam pulcrā. vel q̄ꝛ ipsa iteratio
pulcritudinis ꝯfirmatio est amoris. vl' in
signū duplicis pulcritudinis. s. interioris
⁊ exterioris. vel vtriusq̄ꝫ populi. s. iudeoꝝ
⁊ gentiū pulcritudinē notat. vel vtriusq̄ꝫ
vite. actiue ⁊ ꝯtemplatiue. ⌊Tu igiṫ pul/
cra es⌋ ⁊ vere pulcra. q̄ꝛ ⌊oculi tui colum
baꝝ⌋. i. affectio ⁊ intētio habēt simplicita
tem columbinā sine plica praue dilectio/
nis in affectiōe. vel erronee opinionis ī in
tentione. ⁊c̄. Uel oculi sponse sunt docto
res q̇ cōparanṫ colūbe. ꝑ decē cōditiones
vide glosam Gregorij

Octaua pars

e Ecce tu pulcer⌋ Uox est spōse ad/
mirationē faciētis suꝑ pulcritudi
nem spōsi. Mos est em̄ sese amāti
tium: mutua collaudatōe letari. Un̄ spon
sa a sponso laudata reciproce eum laudat
dicens. ⌊Ecce tu pulcer⌋. Quasi diceret.
Tu dixisti me pulcraꝫ. sꝫ mea pulcritudo
nō est ex me sꝫ ex te. ⌊tu em̄ pulcer es⌋ per
naturam. ego a te pulcra sum ꝑ grām. ⌊tu
pulcer es⌋ s̄m diuinitatē. ⌊decorꝰ⌋ s̄m hu
manitatē. ⌊pulcer⌋ in solio patris ⌊deco/
rus⌋ in vtero matris ⌊pulcer⌋ iustis glo/
riam ꝯferendo ⌊decorꝰ⌋. penitētibꝫ indul
gentiā largiēdo. Cū igiṫ ego pulcra sim ⁊
tu pulcer. nō restat nisi vt intremꝰ lectulū.
⁊ iungamꝰ oscula. Et q̄ꝛ palā hoc rogare
vel petere erubescit verecundia muliebri
suffusa. ideo h̄ est q̄d clam insinuare videṫ
cum dic̄. ⌊Lectulꝰ noster floridꝰ⌋. ergo in
eo quiescamꝰ. Lectulꝰ iste est eccl'ia tota.
in quo spōsus cū spōsa quiescit. Est autez
floridꝰ rosis martyꝝ. lilijs virginū. ⁊ vio/
lis cōfessorum. Diciṫ aūt lectulꝰ diminuti
ue. q̄ꝛ ⁊ si duos capiat. s. spōsam ⁊ spōsum
hoc tn̄ nō potest nisi ꝓpe sint ⁊ in dilectōis
vnitate ꝯiūcti. Et d̄ꝛ noster q̄ꝛ bona opa ⁊
filij q̇ ī hoc lectulo generanṫ cōmunes sūt
sponsi ⁊ spōse Sequiṫ ⌊Tigna domo/
rum nostraꝝ cedrina⌋ Quasi diceret. nō
solū lectulꝰ noster pulcer est. sꝫ etiā domꝰ
pulcra. q̄ꝛ ⌊tigna ⁊c̄⌋ Tigna captiōes di/
cunṫ. q̄ꝛ mutuo se capiūt. vel q̄ꝛ bina iun/
gunṫ. parietes em̄ stringūt. altiorē locū te
nent. ⁊ tectū supportāt. Per ista ꝟo tigna
p̄dicatores intelligunṫ. q̇ ⁊ cedrini dicun
tur. q̄ꝛ alti ꝑ sapiām intellectꝰ ⁊ imputribi
les ꝑ mundiciā affectꝰ. Ergo ⌊Tigna do
moꝝ nostraꝝ cedrina⌋ sed ⌊laquearia no
stra cypressina⌋ Ista laquearia sunt sim/
pliciores in ecclesia. qui etiam sunt impu
tribiles ⁊ redolentes sicut cedri. De hac
domo nota glosam.

Capitulum secundū

e Go flos campi⌋ Hoc est secundū
capitulū huiꝰ libri q̄d ꝯtinet nouē
ꝑtes. In quaꝝ p̄ma spōsus spon/
sam alloquiṫ. q̄ꝛ em̄ ipa eū inuitauerat ad
amplexꝰ. ip̄e ei rn̄dendo eā ad strenuitatez
certaminis ⁊ laborē agriculture īuitat di
cens ⌊Ego ⁊c̄.⌋ Quasi diceret. Tu spōsa
mei. sed in gemitū cordis prumpens. Est
eñ gemit⁹ cordis ⁊ gemit⁹ carnis. Omis
gemit⁹ q̄ de exterioribꝫ est: carnis est. q̄ ƀo
p sabbato.i.p spūali requie. quā caro non

obtinet: cordis est. Et q̄ꝛ hūc gemitū non
homo nouit sed de⁹. Jō ⌊Dñe añ te omne
desideriū meū. ⁊ gemitus me⁹ a te non est
abscōditus⌋ ſꝫ merito exaudit⁹. q̄ꝛ pius est
⁊ nō p terrenis ſꝫ p celestibꝫ Sit ergo dñe
desideriū meū añ te.i.tibi gratū ⁊ accepta
bile. audi ⁊ exaudi desideriū meū cum ge
mitu meo. accelera dñe ⁊ exaudi cito. q̄a
⌊Cor meū ɔturbatū est⌋ ⁊ pauore ac ter/
rore ɔcussum. ⁊ hoc iō. q̄ꝛ ⌊dereliq̄t me ƀ/
tus mea⌋ sed virt⁹ illa quā habui añ pctm̄
si eñ hec māsisset nihil timeret. Sed cur
hec dereliq̄t. q̄ꝛ etiā reliq̄t me. ⌊lumē ocu/
loꝝ meoꝝ. ⁊ ipm̄ ñ est mecū⌋ q̄ꝛ tu de⁹ me⁹
qui es lumē veꝝ. qđ illumiat oēm hoīem
veniētem ī hūc mūdum. tu q̄ es spiritua/
le lumē oculoꝝ meoꝝ ītellectualium. ñ es
mecū p grām. ſꝫ dereliq̄sti me ppter culpā
meā. Sꝫ actenꝰ dñe tibi ɔfessus sum ma/
la que īteri⁹ patior. nūc aūt plāgo ea q̄bus
exteri⁹ crucior. Nā ⌊amici mei ⁊ proximi
mei aduersum me appropinq̄uerūt ⁊ stete
rūt⌋ Hi q̄ mihi esse debuerāt ad humanū
solatiū. sūt mihi ad cumulū passionū ⌊Et
qui iuxta me erāt⌋ tāq₃ amici ⁊ pximi. ⌊a
lōge steterūt⌋ tāq₃ hostes ⁊ aduersarij. Et
merito recesserūt a me. q̄ꝛ peccādo recessi
a te. Merito pdidi humanā amiciciā. q̄a
pdidi diuinā grām. Nō solū crucior a pse
cutiōe hoīm. sed a temptatōe demonum.
⌊Nā vim faciebāt q̄ querebāt aīam meā⌋
Demōes eñ q̄ aīam meā querūt ad etnaꝫ
dānatiōem. vim mihi faciūt p malignam
tēptatiōꝫ. ⁊ nō solū p seip̄os. ſꝫ p mīstros
suos de quibꝫ dꝛ. ⌊Et qui īquirebāt mala
mihi locuti sūt vanitates. ⁊ dolos tota die
meditabātur⌋ Hi q̄ amici ⁊ pximi esse de
buerāt īquirebāt mala mihi. meditādo ɔ
me dolosa. ⁊ vana loquūtur.i.falsa ⁊ de/
ceptoria ƀba. Tales aūt dolosi ⁊ mēdosi
misterium exercēt dyaboli. q̄ pater est mē
dacij. Ecce g̃ quibꝫ malis crucior. et his
tñ quia maiora meruisse fateor. iō īiurias
⁊ opprobria sine murmuratiōe patior. Et
hoc est qđ sequit̄. ⌊Ego aūt tāq₃ surdus ñ
audiebā. ⁊ sicut mut⁹ nō aperiēs os suū⌋.
Nihil ad opprobria rñdebam ⌊⁊ fact⁹ sum
sicut homo ñ audiēs ⁊ nō habēs ī ore suo
redargutōes⌋ q̄ꝛ arguētes me ñ redargu/
ebam. ſꝫ redargutōes patiēt̄ ferebā. Sed
quare hec oīa tā patiēter sustinui ⌊Qm̄ ī
te dñe speraui⌋ Jō propt̄ te patient̄ susti/

nui mala. qm̄ nō in me sꝫ in te speraui bona. ⁊ qꝛ ꝑ patiam̄ pene speraui veniā culpe. Jō ⌊Tu exaudies me dn̄e deus meꝰ⌋. dādo liberalit̄ veniā. ⁊ ꝯsequēter grām et gl'iam. O magna patie ꝟtus cui datur venia pctōꝝ. ⁊ ꝑ veniā grā meritoꝝ. ⁊ ꝑ grāꝫ gl'ia p̄mioꝝ. O salutaris medicina. ꝑ quā in leticiā mutāt̄ tristia ⁊ aduersa. Adhuc aūt dn̄e iō exaudies me. nō de te desperando diffidentē. sꝫ in te sperādo ꝯfidentem. ⌊Quia dixi ne qn̄ supgaudeāt mihi inimici mei⌋ Qꝛ nō ex supba p̄sumptōe sꝫ ex pia spei deuotōe dixi ꝙ tu deꝰ meus exaudies me. Et hoc dixi ne inimici mei detractores mei. supgaudeāt mihi si videāt me ī te sperantē nō ꝓficere sꝫ deficere. Merito ei cauent iusti ne de lapsu coꝝ exultent iniq̄ Jdeo sequit̄. ⌊Et dū cōmouentur pedes mei⌋. i. dū affectōes mee labūtur in pctm̄ ex humana infirmitate. irridēt impij ⁊ ⌊super me magna locuti sunt⌋ irridēdo mihi ⁊ sup me magna scandala opprobriaq; loquēdo. vbi potiꝰ si essent pij. mee deberēt cōpati infirmitati. eāq; excusando humane miserie humanitꝰ misereri Sed adhuc etiā dn̄e exaudies me. ⌊Qm̄ ego ī flagella paratꝰ suꝫ⌋ Sciēs em̄ ꝙ filiū quē amas ⁊ si qn̄q; nō suauit̄ tn̄ sp salubrit̄ flagellas. Jdeo tua flagella paratꝰ sum patiēter suscipere. nō ꝯtra ea murmurādo. sꝫ meip̄m accusando. qꝛ ⌊dolor meꝰ in ꝯspectu meo semp⌋. dolor de pctō meo sp est ī ꝯspectu meo. Semp ꝺ pctō meo doleo. dū peccatum meū ꝯtra meip̄m esse ꝯspicio, Et h̄ ē qꝺ sequit̄. ⌊Qm̄ iniquitatē meā annūciabo⌋ ip̄am corā te ꝯtra me accusando ⌊⁊ cogitabo ꝑ peccato meo⌋ ip̄m ī me cogitatōne solicita corrigēdo. ⁊ a te tuaq; miseratione solita. curā medicinalē humilit̄ postulando. Sꝫ dū medicinā tuam peto o pie medice. ecce q̄d ad curā meā ꝑ te fieri permittit̄. Ecce em̄ q̄d sequit̄. ⌊Jnimici aūt mei viuūt ⁊ ꝯfirmati sūt sup me. ⁊ mltiplicati sunt q̄ oderūt me iniq̄⌋. O salutarꝭ. sꝫ nō suauis medicina. O mirabilis. sed medicinalis cura. ꝑ tuā nāq; ꝑmissionem ad meā fit ꝓbatiōem. Fit inquā medicinalit̄ ⁊ salubriter ꝙ inimici mei ꝓspere viuūt in hoc mūdo vbi in aduersitate laboro ⁊ gemens rugio. Et qꝺ grauiꝰ est ꝯfirmati sūt sup me in ꝑsecutōe. ⁊ qꝺ grauissimū est. q̄ oderūt me iniq̄. mala reddētes ꝓ bonis. n̄ pauci sꝫ multiplicati sunt ⁊ q̄tidie plures fiunt. De q̄bꝫ subdit̄. ⌊Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebāt mihi qm̄ sequebar bonitatē⌋ Jp̄i vero ecōtra sectātur iniq̄tatē. Sꝫ qꝛ hec mala essent intolerabilia. nisi te iuuāte. ⁊ ꝓ medicamīe tuo ꝯfortāte mihi fierēt salubria ad curāda pctā. Jdo ⌊ne derelinq̄s me dn̄e deꝰ meꝰ⌋. sꝫ vt tu ꝓmisisti. qm̄ in te speraui. libera me. qm̄ cognoui nomē tuū. ꝓtege me. qꝛ clamaui ad te. exaudi me ⁊ mecū sis ī tribulatōe. eripe me ⁊ glorifica me Et si forte ad tps me aliquādo relinq̄re videarꝭ. tn̄ ne discesserꝭ a me penitꝰ relinquēdo me. sꝫ potiꝰ ⌊intēde in adiutoriū meū dn̄e deꝰ salutꝭ mee⌋ Adiuua me ꝯtra hostes ī pugna. qꝛ sine te q̄ es deꝰ salutis mee nō potest esse ī me salutaris victoria

Meditatio sup psalmo Miserere

Domine iesu chri

ste cui est ꝓpriū misereri sp ⁊ parcere. Ego miser ad te misericordē accedo. ⁊ pctōꝝ cathena ꝯstrictus. tue pietatꝭ miseratōne absolui desidero. Ego multaꝝ iniq̄tatū īmundicia maculatꝰ. ad te fontē mūdicie ꝯfugio. ⁊ meā īmūdiciaꝫ ꝑ tuā mīam emūdari supplico dicēs ⌊Miserere mei deꝰ ꝭm magnā mīam tuā⌋. Peto dn̄e magnā mīīcordiā tuā quia sentio magnā miseriā meā. Peto magnā medicinā tuā ꝯtra magnā plagā meā. Peto mltitudinē miseratōis tue ꝯtra multitudinē iniq̄tatis mee. Jō sequit̄ ⌊Et ꝭm multitudinē miserationū tuaꝝ⌋ ab initio secl'i exhibitaꝝ q̄ superāt multitudinē quamlibꝫ pctōꝝ ⌊dele iniq̄tatē meā⌋. vt nullū remaneat ī me pctī vestigiū. Et h̄ est qꝺ subdit̄ ⌊Ampliꝰ laua me ab iniq̄tate mea ⁊ a peccato meo mūda me⌋ Peto dn̄e nō solum pctā deleri. sꝫ ampliꝰ lauari ⁊ lauādo pure mūdari. vt nō solū culpā opis. sed etiaꝫ reatū voluptatꝭ abstergas. Sꝫ h̄ peto. n̄ ꝓpter aliquā iusticiā q̄ sit ī me. sꝫ ꝓpter magnā mīam q̄ est ī te. ⁊ multā miseratōem q̄ est a te. Jn te em̄ est mīa naturalit̄ in affectu. ⁊ a te miseratio multipliciter ī effectu

Ut ḡ misericordit̄ ignoscas nō iusticie mee meritū allego. sꝫ malicie mee pctūm agnosco. Et h̄ est q̄d ꝺꝛ. ⌊Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco⌋. Nō ḡ peto vt propt misericordiā tuā deseras iusticiā tuā. scio

iustū esse vt pctm̄ meū puniat̄. ſꝫ ip̄m pu/
nio vt tu nō punias. ip̄um agnosco vt tu
ignoscas. ⌊Et pctm̄ meū ↄtra me est ſꝑ⌋.
Quia pctm̄ meū nō pono retro me. ip̄um
negligēdo vel dissimulādo ſꝫ ip̄m oppono
ↄtra meip̄m cognoscēdo ⁊ accusando. iō
dico ⌊Tibi soli peccaui. ⁊ malū coꝛam te
feci⌋. Quid est tibi soli peccaui. Nōne pec
caui. nō solū tibi ſꝫ ꝓximo. Nōne pctm̄ fe/
ci. nō solū ↄtra te deū meū. ſꝫ etiā ↄtra ꝓxi
mū meū. sicut ⁊ dauid ꝗ hoc dicebat. non
solū in te ſꝫ in bethsabee ꝑ adulteriū. et in
vꝛiam ꝑ homicidiū peccauerat. Sꝫ h̄ iō
dꝛ. qꝛ tu solꝰ es ꝗ das legis p̄ceptū. ꝑ cuiꝰ
p̄uaricatiōem peccat̄⌋ Ut iustificeris in ſ̄
monibꝫ tuis⌋ Hoc est. qꝛ adeo iustꝰ ⁊ ve/
rax es in ſ̄bis tuis. ꝗ p̄cipis vt iustificeris
id est. iustꝰ ⁊ verax inueniarꝭ. ⌊Et vincas
cū iudicaris⌋. i. supꝑes eos in iusticia. ꝗ͛ te
ex suꝑbia iudicāt. ↄ̄ p̄cepta tua murmurā
do. ⁊ te ī eis rigoꝛosum ⁊ iniustū accusan/
do. Nō sic ego. ſꝫ ad te solū tāꝗ̄ ad iustum
iudicē ↄfugio. ꝗ nō habes ī te qꝺ iudicet̄.
Nō habes in te qꝺ reꝑhendat̄. ſꝫ solus exi
stis ꝗ oīs iudices. Ita vincis vt ī tui cō
paratiōe nullꝰ iustꝰ aut verax reputet̄. di/
cente ꝓpha. Oīs homo mēdax. Tu ḡ solꝰ
deus verax. Tu ḡ dn̄e ꝗ in tua verita/
te dixisti. quacūqꝫ hoꝛa pctōꝛ ingemuerit
oīm iniquitatū eiꝰ nō recoꝛdaboꝛ. tu vera
citer imple qꝺ ꝓmisisti. vt iustificerꝭ ī tuis
sermonibꝫ. ⁊ ↄuincas eos a ꝗbꝫ tāꝗ̄ īmise
ricoꝛs iudicaris. Tu ḡ miserere. tu ꝑ mise
ricoꝛdiā iniquitatē meā dele. Tu eā delen
do laua ⁊ mūda me. qm̄ de pctīs meis ve
niam postulās īgemisco dicēs⌊Ecce em̄
in iniq̄tatibꝫ ↄceptꝰ sum ⁊ in peccatis ↄce
pit me mr̄ mea⌋ O magna miseria que sit̄
mecū oꝛta est ab oꝛigine mea. Iō merito ī
gemiscēs peto vt cures ⁊ sanes hanc ma/
gnam miseriā meā ꝑ tuā magnam miam̄.
Nec h̄ ita dixerim vt licitas nuptias cōtē
nem. ſꝫ qꝛ in oībꝫ trahit̄ iniq̄tas ab Adam
Nā h̄ opꝰ castū ꝓpter bonū ꝓlis excusatū.
in ↄiuge nō habet culpā. ſꝫ oꝛigo pctī in ꝓ
le secū trahit debitā penā. Iō aūt dn̄e nō
solū actualē culpā meā. ſꝫ etiā oꝛiginalē
a parētibꝫ traductā tibi humiliter ↄfiteoꝛ.
Quia ⌊Ecce em̄ veritatē dilexisti⌋. Non
em̄ in te refundo culpe mee iniq̄tatē. ſꝫ me
accusando fateoꝛ veritatē. quā tu ꝗ ſ̄itas
es diligis. Iō eā vere cōfitentibꝫ pctā di/
mittis. Propterea ⌊incerta ⁊ occulta sa/
pientie tue manifestasti mihi⌋ Mihi inꝗ̄
cōfitenti veritatē. secreta tibi certa ⁊ nota
diuina sapiētie. ſꝫ incerta ⁊ occulta huma
ne insipiētie manifestasti. Quō. Dicūt ho
mines sub quadā incertitudine sicut dice
bant niniuite. Quis scit si ↄuertat̄ ⁊ igno
scat deꝰ. Nō ergo h̄ noui sic̄ nec hoīes ce/
teri. Nō h̄ noui ꝑ humanā sciam̄. ſꝫ h̄ cer/
titudinalit̄ reuelasti ⁊ manifestasti mihi ꝑ
diuinā scripturā. te dicēte ꝑ ꝓpham. Qua/
cunqꝫ hoꝛa ingemuerit pctōꝛ. iniq̄tatū eiꝰ
nō recoꝛdaboꝛ. In hac ḡ ꝓmissione tua se
curꝰ ⁊ certꝰ dicere audeo. ⌊Asperges me
dn̄e ysopo ⁊ mūdaboꝛ⌋ Noui dn̄e te docē
te. ꝙ ysopꝰ herba est ꝑua quātitate ſꝫ ma/
gna ſ̄tute. Herba humilis. ſꝫ medicinal̄.
cuiꝰ radix petre inherere dꝛ. cuiꝰ virtꝰ pul
monē purgat dū inflat̄. In qua pn̄ie hu/
militas ↄgrue designat̄. ꝗ sepe ꝑua putat̄
in ↄspectu hoīm. ſꝫ ſꝑ magna est añ ↄspe/
ctum tuū. Et dū illi petre adheret de qua
dic̄ aplꝰus. petra aūt erat xp̄s. dū charitati
xp̄i radix eiꝰ affixa est adeo medicinal̄ effi/
citur virtꝰ eiꝰ. vt ꝑ eā pulmonis inflatō. i.
suꝑbie p̄sumptio ⁊ oīs que ex ea oꝛitur
culpe inq̄natio expurget̄. Asperges ḡ me
hac humilitate. ⁊ mūdaboꝛ ab iniquitate.
⌊lauabis me⌋. ꝑ humilē pn̄iam. Et ⌊suꝑ
niuē dealbaboꝛ⌋ ꝑ salutarē grām. ꝑ quā
pctōꝝ dealbatio fit. sicut scriptū est. Si
fuerint pctā vestra sic̄ vermiculꝰ. velut nix
dealbabunt̄ In hoc ḡ secreto sapīe tue
ꝓus mihi īcerto ⁊ occulto qꝺ manifestasti
mihi. ⌊Auditui meo dabis gaudiū ⁊ leti/
ciam⌋ Et merito dū audio ꝓmissionē tuā
de remissiōe pctōꝝ. auditui coꝛdis mei da
bis gaudiū ⁊ leticiā de tributōe p̄mioꝝ.
⌊Et exultabūt ossa humiliata⌋ h̄ est inte/
rioꝛes vires mee ꝗ ꝑ culpā maculate ꝓus
ↄturbate sunt. nūc ꝑ pn̄iam ysopo hūilita
tis mūdate ⁊ dealbate merito exultabunt
Sꝫ licet dederꝭ gaudiū. leticiā. ⁊ exul/
tatiōem ꝓpter spem venie. nō tn̄ deerit mi/
hi salutarꝭ quedā tristicia ⁊ spūal̄ ↄtrista/
tio ꝓpter timoꝛē pene ⁊ doloꝛē culpe. ideo
qꝫ ad te clamare nō cessabo⌊Auerte faci/
em tuā a pctīs meis⌋. Qꝛ pctā mea nō po
no retro me. ſꝫ oppono ↄtra me. nec ea ne/
gligēdo aut dissimulādo habeo retro doꝛ
sum meū ſꝫ añ faciē meā. ꝓpterea nō a me
sed a pctīs meis auerte faciē tuā. quasi ca

nõ agnoſcẽdo ſ; eis ignoſcẽdo. ⁊ ita nõ ſo
lum h̃ vel illud pctm̃. ſ; generalit̃ ⌊ oẽs in
iquitates meas dele ⌋ Quibꝫ delet̃ʒ. ⌊ Cor
mundũ crea ĩ me deꝰ ⌋ Nõ peto vt ego hõ
cor mũdũ faciã a me. ſ; vt tu deꝰ cor mun
dũ crees in me. q2 nõ eſt h̃ opꝰ hoĩs creati
ſed dei creatoris. Et q2 añ pctm̃ innocenſ
fui. ⁊ ꝑ pctm̃ a rectitudine declinaui. ideo
⌊ ſpũm rectũ innoua in viſceribꝫ meis ⌋. i.
renoua ſpm̃ meũ. faciẽdo eũ rectũ. que; a
te recedẽdo feci obliquũ. Nec cordis mũ/
diciam aut ſpũs rectitudinẽ peto mihi fie
ri ſolũ in mẽte. ſ; etiã in carne. ⁊ h̃ eſt in vi
ſceribꝫ meis. ſ. in lũbis vel renibꝫ. in q̇bꝫ ſe
des eſt voluptat̃ʒ. Vñ ad beatũ iob ď dya
bolo ď2. ꝙ ỽtus eiꝰ eſt ĩ lumbis ⁊ vmbilico
vẽtris. In vtriſq; ğ. aĩa ſc; ⁊ corꝑe reme/
dium peto curatõis. Jõ ⌊ Ne ꝓĳcias me
a facie tua ⌋ A peccat̃ʒ meis faciẽ tuã auer
te. ſ; a facie tua ne ꝓĳcias me. A pctis fa/
ciem tuã auertis ꝑ remiſſionẽ ſed pctõres
a facie tua ꝓĳcis. ꝑ reprobatiõem. Remiſ
ſionẽ poſtulo. ſ; reprobatõe; ꝑtimeſco. ꝓ/
pterea ſupplex oro. ⌊ Spũm ſanctũ tuum
ne auferas a me ⌋ Jã em̃ q̇dammodo ſpi/
ritũ ſanctũ tuũ. h̃ eſt ſpũſſcti donũ habere
ꝯfido. q2 pctm̃ ꝯfitẽdo peniteo. nã ỽa pcti
ꝯfeſſio nõ eſt ĩ hoĩe ex ſeipo. ſ; ex dei dono
nõ ergo a me auferas ſpũm hũc. ſ; ꝑ eum
⌊ redde mihi leticiã ſalutar̃ʒ ⌋ quã peccan/
do amiſi. Leticiã inq̃; ſalutaris tui. ſc; ſa
lutaris gr̃e ſpũſſcti ꝑ quã nõ ſolũ ẽ culpe
remiſſio. ſ; gl'ie retributio. Hãc ğ nõ ſolũ
nõ auferas ſ; redde ⁊ ꝯfirma. ⁊ ſic ⌊ Spũ
ꝓncipali ꝯfirma me ⌋ Per hoc aũt ꝙ ꝓpha
ter ſpm̃ noĩauit. ſ. ſpũm rectũ. ſpm̃ ſanctũ.
⁊ ſpũm ꝓncipalẽ. dicũt q̇dã ꝙ in deo trini
tatẽ voluerit oñdere. ⁊ ſpm̃ rectũ filiu; di
cunt. ſpũm ſanctũ ſuo noĩe intelligũt. per
ſpũm ꝓncipalẽ patrẽ accipiũt. Hoc vero
⁊ quidq̇d aliud q̇d ad fidei ⁊ mor̃ edifica
tionẽ ď2. ſine ꝯtradictõe dici ꝑmittit̃. Vñ
etiã ꝯueniẽter ꝑ hanc trinã ſpũs nomina
tionẽ. trifariã ſpũſſancti gr̃am intelligere
poſſumꝰ vt ꝑ ſpũm rectũ accipiamꝰ gr̃am
que in ſeptẽ ỽtutibꝫ. tribꝫ theologic̃ʒ. et q̃t/
tuor cardinalibꝫ ꝯfert̃. q̇bꝫ aĩa dirigit̃ ad
oꝑandũ recte. Per ſpũm ſanctũ. gratiã q̃
in eiꝰ ſeptẽ donis tribuit̃ quibꝫ aĩa iuuat̃
ad oꝑandũ facilit̃ ⁊ expedite. Per ſpiritũ
ꝓncipalẽ. gr̃am q̃ in ſeptẽ beatitudinibus
donat̃. q̇bꝫ eleuat̃ ⁊ q̇dammodo cõfirmat̃

ad oꝑandũ ꝑfecte. Hac igitur multifaria
ſpũali gr̃a. rectificari. ſanctificari. ⁊ cõfir/
mari merito deſidero. Et ſi h̃ ſpiritus tui
bñficia receꝑo. tibi ingratꝰ nõ ero. ſ; ⌊ do/
cebo iniquos vias tuaſ ⌋ Qui ꝓus fuera;
pctõr. fiam ꝑ̃dicator. q2 docebo verbo vł
exẽplo vias tuas. q̃ ſunt miſ̃icordia ⁊ ve/
ritas. ⁊ ſic ⌊ impĳ ad te ꝯuertẽt̃ ⌋. ꝑ me ſalu
briter edocti de mĩa tua. qua mihi ꝑ veni
am parcit̃. ⁊ de ỽitate tua. i. iuſticia tua. q̃
pctm̃ meũ ꝑ pñiam punit̃. S; vt ſic iniq̇ſ
docere ⁊ impios ꝯuertere valeã. ⌊ Libera
me de ſanguinibꝫ ⌋. i. de peccatis carnis et
ſanguis. ⁊ q̃ de eor̃ corruptõe ꝓcedũt. Li
bera me inq̃m o deꝰ. q̇ es ⌊ deꝰ ſalut̃ʒ mee ⌋
que lõge eſt a carnis ⁊ ſanguis corruptio
ne. q2 caro ⁊ ſanguis regnũ dei non poſſi
debũt. i. pctã que ab eis ꝓueniũt. Alioq̇n
niſi ab his ꝓus me liberaueris. mihi pctõ
ri improperãdo dices. Quare tu enarras
iuſticias meas. S; ſi liberatꝰ fuero. ſecu
rus ero ab h̃ improperio. ⌊ et exultabit lin
gua mea ⌋ ⁊ exultãdo narrabit iuſticiã tu/
am. Et tũc ⌊ Dñe labia mea aperies ⌋ ꝓus
ꝑ pctã clauſa ⌊ ⁊ os meũ ⌋. nõ ſolũ cordis.
ſ; corꝑis ⌊ annũciabit laudẽ tuã ⌋. Videli
cet q2 me creaſti. q2 me regeneratũ ⁊ ĩ pec/
catis ſepe relapſum nõ reliquiſti. ſ; peni/
tentẽ ad te reuocaſti. ⁊ reuocatũ mũdaſti.
Pro q̇bꝫ bñficĳs nõ vis tibi offerri ſacri/
ficia pecudũ ſ; hoſtias laudũ ⌊ Qm̃ ſi vo/
luiſſes ſacrificiũ dediſſem ⌋ ſicut fiebat in
veteri lege. ſ; iã in noua lege gr̃e ⌊ vtiq; ho
locauſtis nõ delectaber̃ʒ ⌋. qm̃ illa ſolum
erãt vmbra ⁊ figura leg̃ʒ noue. ideoq; ceſ/
ſauerũt aduenĩete veritate. q̇d in ſpũ pro/
phetie ſanctꝰ dauid ꝓuiderat q̇ h̃ dicebat.
Quid ğ tibi offerendũ. certe nõ ſacrificiũ
pecoris ſ; pectoris. ſ. ſpũs ꝯtribulati ⁊ cõ
triti ac humiliati cordis. Quia ⌊ ſacrificiũ
deo ſpũs ꝯtribulatꝰ. cor ꝯtritũ ⁊ humilia
tum deꝰ nõ deſpicies ⌋. Cor ꝯtritũ penitẽ
do. nõ obſtinatũ peccãdo. ⁊ humiliatũ cõ
fitendo. nõ elatũ excuſando. tu deꝰ q̇ cor/
dis ſecreta ꝯſpicis. nunq̃; deſpicis. ſ; vti/
q; in eo tanq̃; in ſpũali ſacrificio delectar̃ʒ
S; quia hoc acceptabile ſacrificiũ nõ in
moyſi ſynagoga. ſed in chriſti eccleſia eſt
maxime offerendũ. iõ de ea intelligẽdum
eſt q̇d ſequit̃ ⌊ Benigne fac dñe ĩ bona vo
lũtate tua ſyon ⌋ Hoc ẽ. affectũ bone vo/
luntat̃ʒ. i. miſ̃icordie tue. oñde ꝑ effectu;

pie benignitatꝫ.i.miseratōis tue. Hoc inquā fac [syon].i.militāti eccīe ꝑ syon spūaliter intellecte. vt ex tuis viuis lapidibus scꝫ xp̄ifidelibꝫ [edificent muri hierl'm].n̄ terrene sꝫ celestis.i.eccīe triūphātis Orat ergo cor ꝯtritū ꝛ humile nō solū ꝓ sua sed ꝓ totiꝰ eccīe salute. vt oēs fideles eiꝰ finaliter edificent. ꝛ fiāt muri ī ipa hierl'm celesti firmiť ꝑmansuri. Cū aūt h̄ factū fuerit qđ nō nūc in p̄n̄ti seculo sꝫ in futuro erit. [Tūc acceptabis sacrificiū iusticie tue]. post p̄n̄tis seculi ꝯsummatiōꝫ.post finalis iudicij ꝯclusionē.acceptabis sacrificium nō quidē imꝑfecte iusticie.s.pnīe que nūc est ꝯtriti ꝛ hūiliati cordis.sꝫ ꝑfecte iusticie in gl'ia ꝯsummate.s.sacrificiū laudis.que tūc erit cordis.nō quidē lugētis ꝛ gementis.sed letātis ꝛ exultātis. Tūc acceptabis [oblatiōes ꝛ holocausta] nō carnales sed spūales.i.spūs ꝛ aīas sanctoꝝ tecū in gl'a assumptoꝝ.q̄ erūt holocausta igne diuio. hoc est charitatis feruore succēsa vł accēsa [Tūc imponēt suꝑ altare tuū vitulos] Tūc imponēt angeli sctōs vł ipimet sancti ꝛ spūs beati offerēt tibi seipos suꝑ altare tuū.s.xp̄m in quo tāq̄ in p̄ncipali fūdamēto suꝑedificať oīe sanctoꝝ meritū. cui reddiť eternū p̄miū. ꝛ in cuiꝰ passiōis virtute suꝑimponiť oīe sacrificiū tibi acceptabile Suꝑ hoc altare imponēt ꝛ offerent vitulos. Nō boues antiquos sub iugo peccati mugiētes.sꝫ vitulos nouellos scꝫ nouos sanctoꝝ populos sub innocentia noue etatis.ab oīi vetustatis ꝑuitute liberos.summaq̄ libertate gaudētes. Tu ergo dn̄e da mihi ab hac spūali syon. ab hac ecclesia militante.in qua tanq̄ in via peregrinamur ad illā celestē hierusalē.ad illā eccīam triumphantē ad quā tanq̄ ad patriā ꝑducimur cū sanctis tuis finaliter ꝑuenire. Da inter muros ciuitatis huius firmiter ꝑmanere Da mihi inter ciues eiꝰ feliciter te videre. vidēdo amare.amando gaudere. ꝛ ita meipsum acceptū tibi sacrificium ꝛ holocaustū offerre

Meditatio super quinto psalmo penitentiali.s. Dn̄e exaudi orōem meā

Domine iesu christe q̄ es verꝰ rex gl'ie.rectorq̄ sancte illiꝰ hierl'm ciuitatis suꝑne. cum ea q̄ đ te ꝛ gloriosa ciuitate tua dicta sunt audio. nimiꝝ ad eā tecū ꝑuenire desidero. Jđ postq̄ multa in p̄cedētibꝫ psalmis dixerim de timore pene.đ dolore culpe.de spe venie.de amore spūalis mundicie. restat vt aliq̄d dicturꝰ sim de desiderio gloriose ciuitatis hierl'm.i.celestis patrie. Nō eīn habemꝰ hic vt ait apl's manētem ciuitatē.sꝫ illā futurā inq̄rimꝰ. ꝛ ad eam festinare ingredi debemꝰ. Hāc itaq̄ desiderās ad eāq̄ festinās suspirādo clamare et clamādo suspirare cōpellor dicens [Dn̄e exaudi orōem meā ꝛ clamor meꝰ ad te veniat] Congruit mihi dn̄e huiꝰ psalmi titulus. Intitulať nāq̄ orō paupis cū anxiaretur ꝛ in cōspectu dn̄i diffudit p̄cē suaꝫ Ego nāq̄ pauꝑ ꝛ inops in via p̄n̄tis miserie. vt fiam diues in patria celestis glorie feruēti estuātiq̄ desiderio anxior ꝛ ꝓpterea anxius oro. ꝛ p̄cē meā inꝯspectu tuo hūiliter effundo. ideo exaudi orōem meā ꝛ clamorē meū. Jā eīn ꝓpter animi magnā anxietatē orō creuit in clamorē. Orans eniꝫ clamo. Heu me qꝛ incolatꝰ meꝰ ꝓlōgatꝰ ē Heu me qꝛ nimis afflictꝰ sum in via. ꝛ nimis elōgatꝰ a patria. Et iđ [Non auertas faciē tuā a me.in quacūq̄ die tribulor.inclina ad me aurē tuā] Et insuꝑ [In quacūq̄ die īuocauero te velociť exaudi me] Quia dn̄e corā te oro. qꝛ ad te clamo. ideo da mihi faciē tuā. da mihi aurē tuā. Da n̄ iratā sed placatā ꝑ clementiaꝫ. Da aurem nō indignatā suꝑ me. sꝫ ad me inclinatā ꝑ misericordiā. Dabis vtiq̄ dn̄e. ꝛ omnino libēter ac liberaliter dabis. nisi obstet mihi nubes pctōꝝ. q̄ obsistit orōibꝫ iniquoꝝ. Vn̄ ꝑ Jsa. dr̄ Oꝓposuisti nubē ne trāseat orō. Tu ergo rūpe nubē. effunde ꝯtra eā lumē vultꝰ tui. ꝛ ita nō auertas faciē tuam nec declines aurē tuā a me. vel orōibus ꝛ meis clamoribꝫ. sed a peccatis ꝛ iniquitatibꝫ meis. Et qꝛ vehemēter clamo ꝛ inuoco te. ideo velociter exaudi me. Quia iam nō terrena quasi terrenꝰ. sed celestia quasi celestis desidero. Cui desiderio ꝓmittis adhuc te loquēte dicā. Ecce assum. Nec immerito tā instāter peto velociť exaudiri [Quia defecerūt sic̄ fumus dies mei]. Quia sic̄ fumus vēto cito dispergiť. ita dies vite mee velociť deficiunt. ꝛ velut vmbra fugiūt [ꝛ ossa mea sic̄ cremiū aruerūt] Nō solū vires corꝑis deficiūt sꝫ etiā vires

64

gīe mee q̄ dicunť ossa mea. qꝛ in eis p̄nci/
paliter ↄsistit interior fortitudo mea. sicut
cremiū arescēs ↄtracte sunt. vel sic̄ frixa ī
frixorio ↄfrixe sunt. Fortitudo q̄ppe a re/
cordatōe pctī ⁊ timore iudicij q̄si frixa cō
trahiť. Iā eni̅ frigiť hō. dū se timet arsuꝝ
in inferno Ecce ergo dn̄e. ecce pauptatem
meā ꝑ qua anxior. ecce tribulatōȝ quā pa
tior. ecce qualiť ⌊ pcussus sum vt fenum ⌋
qꝛ oīs caro fenū. Et sic̄ fenū viret. ſȝ pcus
sum facile sentit īiuriā. sic caro in iuuētu/
te viret. senectute vl' infirmitate pcussa. et
morte succisa arescēs deficit. Nec solū p/
cussus suȝ ī carne ſȝ in corde. ⌊ ⁊ aruit cor
meū ⌋ sterilitate pctī. Sȝ vn̄ h̄ mihi. ⌊ Qꝛ
oblit⁹ sum comedere panē meū ⌋. i. custo/
dire dei p̄ceptū. qđ est spūale nutrimētū
meū. de q̄ dꝛ. Nō ex solo pane viuit hō. ſȝ
ex oī verbo qđ ꝑcedit ex ore dei. Heu me
miseꝝ qꝛ hunc panē veꝝ q̇ de celo ⁊ ex ore
tuo descēdit comedere oblit⁹ sum. q̄re ob
litus. qꝛ nimis ad terrena intētus. neglexi
celestia. Et iō ⌊ A voce gemit⁹ mei adhe/
sit os meū carni mee ⌋. Quia ei celestia ob
litus ⁊ terrenoꝝ memor. nō ꝑ spūalibꝫ. ſȝ
ꝑ tpalibꝫ gemebam terrena nimiū deside
rās. nō solū corde gemebā ſȝ etiā voce. ꝑ/
pterea a voce gemit⁹ mei inordinati. adhe
sit os meum carni mee. id est. vox gemi/
tus oris mei. adhesit carnali mee affectio
ni. vel os p̄ncipale inter ossa mea. idest.
p̄ncipalis fortitudo viriū aīe mee. adhe/
sit carni mee. Hoc ē. rō sensualitati ↄsensit
Iā ṽo de me aliter te ꝓpiciante fieri cupio
Iā eni̅ nō ꝑ terrenis gemere concupisco
vt dicere valeā cū ꝓpha dauid. Renuit cō
solari aīa mea ī terrenis. memor fui dei. et
delectat⁹ sum ī eternis. vtinā nō oblit⁹. ſȝ
memor tui. vtinā nō oblit⁹ ſȝ memor eter
noꝝ bonoꝝ tuoꝝ cū eodē ꝓpha dicā. An/
nos eternos ī mēte habui. Sȝ quō pn̄t h̄
fieri. Fiēt vtiqꝫ te iuuāte si ꝓpter tui tuorū
qꝫ eternoꝝ bonoꝝ ↄtēplatiōem. h⁹ seculi
seculariūqꝫ ⁊ seculariť viuentiū hoīm cō/
uersationē fugiā. vt eligā abiect⁹ esse ī do/
mo dei mei. magꝭ qꝫ habitare ī tabernacu
lis pctōꝝ. vt sil'is fiā sancto tuo dauid. q̇
ait. ⌊ Sil'is fact⁹ sum pellicano solitudīs.
fact⁹ sum sic̄ nicticorax ī domicilio ⌋ Et ite
rum ⌊ Uigilaui ⁊ fact⁹ sum sic̄ passer solita
rius ī tecto ⌋ O magnū breuibꝫ ī ṽbis my
steriū. Tres aues ⁊ tria loca h̄ distinguū

tur. Tres aues. pellican⁹. nicticorax. ⁊ pas
ser. Tria loca. solitudo. domiciliū ⁊ tectū
Et dꝛ pellican⁹ solitudinis. nicticorax in
domicilio. ⁊ passer ī tecto. Pellicano eni̅
aui soliuage ⁊ q̄ in solitudine habitat. cō/
paranť heremicole. Nicticoraci ṽo q̇ habi
tat ī domicilio assimilanť illi q̇ a publico
ꝓploꝝ loco remoti. nō in heremo vagi. ſȝ ī
vno loco vniti viuūt dicētes. Ecce qꝫ bo/
num ⁊ qꝫ iocūdū habitare fratres in vnū.
Passer aūt solitari⁹ ⁊ vnic⁹ in tecto ille est
q̇ hoīm societate nō egēs ſȝ soli deo se vni
ens. ⁊ ad alta ṽtutū tecta fugiēs vbi a la/
queis vicioꝝ tut⁹ est dic̄. Unā petij a dn̄o
hāc requirā vt inhabitē in domo domini
Nec solū in domo ſȝ ī altiori dom⁹ loco. s.
in tecto. imo in ip̄o dn̄o meo Ip̄e est ergo
q̇ habitat ī adiutorio altissimi. ⁊ in ꝓtectō
ne dei celi cōmorabiť ip̄e q̇ nō solū ꝑ se. ſȝ
ꝑ alijs vigilat. ⁊ ꝑ omībꝫ vigilās orat vt a
mūdi. carnis. ⁊ dyaboli laq̄is adiuuāte ꝓ
tegēteqꝫ deo liberenť. O vtinā his auibꝫ si
milis fiā. ⁊ vt tecū sim sepat⁹ a seculi soli/
citudine maneā. ne ī tabernacul' pctōrum
manēs. cū puersis puersus efficiar. Nam
⌊ Tota die exprobrabāt mihi īimici mei ⌋
Peruersi eni̅ q̇ sunt inimici mei. ⁊ ideo ini
mici. qꝛ puersi. ↄtinue exprobrabāt mihi.
fame mee detrahēdo ⌊ Et q̇ laudabāt me ⌋
nō corde ſȝ ore mihi publice adulādo ⌊ ad
uersum me iurabāt ⌋ Sȝ q̄re h̄ ⌊ Quia ci/
nerē tāqꝫ panē māducabā. ⁊ potū meū cū
fletu miscebā ⌋ Per cinerē ⁊ fletū signatur
stat⁹ penitētiū q̇bꝫ puersi sepe irridēt. cum
eos an̄ laudarēt. dū cū eis seculo fruerenť
⁊ puerse viuerēt. Cinerē aūt tāqꝫ panem
māducare nil aliud ē qꝫ pctōꝝ reliq̄as pe/
nitēdo ↄsumere. Potū ṽo cū fletu miscere
est tpalē iocūditatē cū lacrimis spūal' pe/
nitētie iūgere. Ul' pot⁹ iste intelligi p̄t de
sideriū celestꝭ p̄rie. q̇ cū fletu misceť: dum
penitēs ꝑ illi⁹ dilatōe nō sine lacrimaꝝ ef
fusione tristať. Sȝ vn̄ mihi est fletus iste.
Certe ⌊ A facie ire indignatōis tue ⌋. i. ab
instātia vindicte tue in adā inchoate. Cū
qua nō ego sol⁹ ſȝ om̄s q̇ naturā trahim⁹
de ꝓpagine iniquitatis. ⁊ de massa peccati
nati sum⁹. ꝓpter qđ dicit nos apostol⁹: na/
tura filios ire. Ex hui⁹ ergo ire indignati
one ꝑcedit qꝫ ⌊ eleuās allisisti me ⌋. Tu q̇
me altius eleuasti creando ad imaginem
tuā. in quo me oīa animalia supare fecisti

Tu me grauiꝰ allisisti pmittẽdo cadere ĩ
grauẽ actualis pctĩ culpã.q̃ trahit ad gra
uissimã eterni ignis miseriã quam solꝰ ho
mo ⁊ nullũ aliud aĩal timet.qꝛ ipe solꝰ su/
per oĩa eleuatꝰ aĩalia. beate vite eterneq̃
glĩe pticeps est. Heu mihi dñe q̃ allisisti
me.Quia⌊Dies mei sic̃ vmbra declinaue
rũt ⁊ ego sicut fenũ arui⌋Heu mihi.qꝛ di
es vite mee sic̃ vmbra obscuri ⁊ vani.q̃si ĩ
utiles trãseũt ⁊ ꝺclinãdo deficiũt. Et me
rito.qꝛ a te ꝓ̃o die declinaui.siľes mihi fa
cti sunt declinãtes dies mei. Et ego sicut
fenum arui.sterilitate culpe.ꝓpter defectũ
roris grẽ Sꝫ qꝛ ego allisus cecidi. iam
de te ꝯfisus p te cupio subleuari. Jã terre
nus ego ⁊ tpalis ac tpaliter declinãdo p/
transiẽs ad te ꝯfugio q̃ eternꝰ es ac immu
tabilis.⁊ ĩmutabiliter durãdo pmanens.
Quia ergo⌊Tu aũt dñe in eternũ perma
nes⌋Jõ tu eternꝰ me tpalem ⁊ velut vm/
bra transeuntẽ ad tuã eternitatẽ eleuãdo
salues ⁊ liberes⌊Et memoriale tuũ in ge
neratione ⁊ generatione⌋Quia memoria
tua q̃ nostri memor es ĩ mĩꝛicordia tua ẽ
oĩni tpe pmãsura.nec vnq̃ꝫ deficiet illa p/
missio tua.cũ iratꝰ fueris misericordie re/
cordaberis.Et iõ⌊Tu exurgẽs miserebe
ris syon⌋Syon eñi speculatio interptaꝛ.
p quã militãs eccľia vel fidelis aĩma ĩtel/
ligitur.que nũc deũ p speculũ ⁊ ĩ enigma
te speculari nitiꝛ.Ad hanc ergo te q̃rentẽ
⁊ ad te ꝯsurgere cupientẽ.tu exurgẽs ⁊ q̃si
ei clemẽter occurrẽs.⌊misereberis eius⌋
te sibi misericordẽ adiutorẽ ⁊ subleuatorẽ
exhibẽs. Misereberis inq̃ꝫ⌊qꝛ tps miserẽ
di eius.qꝛ venit tps⌋.De quo dicit apľs.
Cũ venit plenitudo tpis Et iteruꝫ.Ecce
nũc tempꝰ acceptabile.ecce nũc dies salu
tis.Et vere misereberis syon⌊Quoniam
placuerũt seruis tuis lapides eius⌋Lapi
des syon sunt fideles militãtis eccĩe.firmi
⁊ stabiles in xp̃iana fide.⁊ nihilominꝰ spe
solidi ⁊ psistẽtes in charitate.Hi nimiruꝫ
placuerũt seruis tuis.hoc est sanctꝭ eccle/
sie triumphãtis.q̃ tibi in tua ciuitate cele
stis hierľm sũma cũ libertate seruiũt.q̃a il
la que sursum est hierľm mater nr̃a.hoc ẽ
triumphãs eccĩa mater militãtis ecclesie
apľo teste.oĩno libera est.qꝛ ibi deo serui/
re regnare est.Hi ğ sancti tibi ĩ regno tuo
seruiẽtes.⁊ ideo liberi tecum regnantes.
⌊terre eiꝰ miserebunꝛ⌋.Et merito misere/
bunꝛ terre syon.i.terrene miserie militãtiꝛ
eccĩe.nec solũ ei misericordes erũt. sꝫ etiã
vt tu miserearis orabũt.Cur ita.Qꝛ ean/
dem miseriã aliq̃n passi ⁊ expti sunt.Sed
q̃d inde sequiꝛ⌊Et timebũt gẽtes⌋q̃ p̃us
timere nescierũt⌊Nomẽ tuũ dñe.⁊ oĩnes
reges terre glĩam tuã⌋Quia videbũt ma
iorem esse glĩe tue q̃ꝫ supbie sue potẽtiã.et
hoc ideo⌊Quia edificauit dñs syon⌋⁊ ec
clesiã suã edificãdo magnificauit. Et ipa
que p̃us corã gẽtibꝫ ⁊ regibꝫ visa fuit ĩ cõ/
tumelia⌊videbiꝛ ĩ glĩa sua⌋. Et q̃ p̃us ab
eis supbis ꝯtumeliose psequebaꝛ. postea
ab humilibꝫ his glĩose honorabiꝛ. Hec q̃
olim futura esse p̃dixerat ꝓpha. q̃tidie ec/
clesia impleri videt.Sꝫ q̃re hec oĩa.⌊Qꝛ
respexit in orõem humiliũ⌋.s.xp̃i fidelium
q̃ in eiꝰ fide hũiliter orabãt.vt hec sue ec/
clesie feliciꝛ eueniręt.Et iõ⌊Nõ spreuit p̃
cem eoꝝ⌋qꝛ nõ singulariter p se orabant.
sed generaliꝛ p salute oĩm fideliũ.q̃ vtiq̃ꝫ
est oratio pfectoꝝ.Quia vero nõ decet vt
tot tãtaq̃ꝫ beneficia a deo eccĩe collata ab
hoĩe quasi ingrato sileanꝛ. Jõ⌊Scribãꝛ
hec in generatõe altera⌋vt scripture com
mẽdata firmiter teneãtur.nõ solũ in anti/
qua lege mosayca.sꝫ in generatõne altera
scꝫ noua generatõe xp̃iana.⌊Et populꝰ q̃
creabiꝛ⌋.hoc est xp̃ianꝰ populꝰ quasi no/
ua generatõe in xp̃o regeneratus.⌊lauda
bit dominũ⌋Et merito laudabit.⌊Quia
pspexit de excelso sancto suo.dñs de celo
in terrã aspexit⌋Sed ad quid de excelso
sancto celo pspexit.⁊ in imo terre aspexit.
Certe⌊vt audiret gemitꝰ compeditorũ⌋
Hoc est vt audiret ⁊ exaudiret gemitꝰ hu
milium ⁊ penitẽtiũ.timore dei ⁊ disciplĩa
quasi quibusdã cõpedibꝫ ligatoꝝ.De qui
bus compedibꝫ sapiẽs dicit.Audi fili mi
⁊ ne abĳcias consiliũ meũ.⁊ infer pedem
tuum in cõpedes eius.⁊ erunt tibi compe
des eius in protectionẽ fortitudinis. Et
⌊vt solueret⌋.a nodis ⁊ vinculis peccato
rum⌊filios interemptorũ⌋.scilicet fide/
les christianos spũales filios apostolorũ
⁊ martyꝝ.crudeli interemptõne a gentibꝫ
⁊ regibus mortificatoꝝ. Ut his vinculis
solutis fideliũ ecclesia dicere posset. Dis/
rupisti vincula mea tibi sacrificabo hosti
am laudis.Ad hoc de celo pspexit ⁊ ĩ ter/
ram aspexit.vt humiliũ xp̃ianoꝝ gemitus
audiret ⁊ vincula solueret.Sed ad quid.

Ut annũcient in syon h̄ est in eccl'ia' mi
litãte nomẽ dñi ꝛ fidẽ xp̄i.a q̄ nominant
xp̄iani Et laudẽ ei⁹ in hierl'm .i.laudan
do ꝛ glorificãdo opa ei⁹ q̄ sunt ĩ celesti hie
rusalẽ.s.eccl'ia triũphãte.de qua dr̄. Gl'osa
dicta sunt de te ciuitas dei. Et hec ita an
nunciẽt vt annũciãdo pficiãt. In q̄. In
ↄueniẽdo pp̄l'os in vnũ ꝛ reges vt seruiãt
dño Hoc est vt pp̄l'os diuersaꝝ gẽtium ꝛ
reges dispersoꝝ pp̄l'oꝝ ↄuenire faciat ĩ vni
tatẽ fidei xp̄i ꝛ moꝝ fideliũ. vt nõ seruiant
mũdo.carni.vl' dyabolo.ſ3 vt seruiãt dño
deo suo.de q̄ dr̄. Dñm deũ tuũ adorabis.
ꝛ illi soli ſuies. Sꝫ q̄d sequit. Rñdit ei ĩ
via ṽtutis sue Quis est q̄ rñdit ei. Quis
hic rñdendo loquit dño. Quis ĩ supiori/
bus ṽbis exp̄mit.cui ↄgruit rñsio. Sup̄
eñ cõmemorant cõpediti ꝛ interempti re
ges ꝛ pp̄l'i syon ꝛ hierl'm. Qꝫ aũt singulari
ter dr̄ rñdit ei.nõ ad eos videt posse refer/
ri q̄ pluraliter noiant Sꝫ sciendũ est q̄
hic rñdit vnitas p pluribꝫ.i.tota eccl'ia q̄ ĩ
xp̄o vna est p cũctis fidelibꝫ. Ipa q̄ vnum
est corp⁹ p oĩbꝫ mẽbris ei⁹ rñdit dño. gra
tias ei agẽdo q̄ eã pspicere.eam audire.eã
a vinculis soluere.eã ad sui laudẽ nomĩs
excitari.eã deniqꝫ ex varijs pp̄l'is ad vnius
dei ſuitutẽ ↄgregare dignat⁹ est. Rñdit ḡ
ei nõ voce sed corde nõ lingua sed vita.nõ
in via infirmitatis sue sed virtutis sue.scꝫ
in fidei firmitate.que fides via est ad patri
am.ꝛ est virt⁹ hui⁹ vie.que in patria ñ ma
nebit.sed eius obscuritatẽ euacuabit clari
tas glorie. Respõdit ergo ecclesia domĩo.
Et q̄d dixit. Paucitatẽ inquit dierum
meoꝝ nũcia mihi Rñdendo q̄ orat.qua
si dicat. O de⁹ meus nũcia mihi paucita/
tem ꝛ breuitatẽ dieꝝ meoꝝ. Hoc est. quia
dixisti q̄ eccl'ia manebit ꝛ tu cũ ea eris vs/
qꝫ ad ↄsummationẽ seculi.fac me cogno/
scere ꝛ diligẽter attẽdere q̄ꝫ breue ꝛ exigu/
um est hoc tp̄s duratõis mee in cõpatiõe
eternitatis tue. Oro ergo vt adueniat re/
gnũ tuũ. Cupio h⁹ seculi finẽ vt cito veni
am ad regni tui beatitudinẽ. Desidero di
erum meoꝝ breuitatẽ. vt cito trãseã ad di
erum tuoꝝ eternitatẽ. Et iõ Ne reuoces
me ĩ dimidio dieꝝ meoꝝ . Hoc est.ne si/
nas me reuocari a desiderio eternoꝝ.vt
hereã cure tp̄aliũ.in dimidio dieꝝ meoꝝ.
scꝫ dieꝝ p̄ntium.q̄ medij sunt p̄teritoꝝ et
futuroꝝ.q̄ oẽs sunt dimidij ꝛ impfecti.ni

si addant eterni. Et merito peto nõ reuo/
cari ad terrena q̄ tendo ad eterna. q̄ iõ sũt
auidi⁹ appetẽda.qꝛ in generatõne ꝛ gene
ratiõem anni tui sine fine ꝛ sine pĩcipio
duraturi.ergo nõ sunt anni tui sicut dies
mei.qꝛ anni tui eterni.ꝛ dies mei exigui.
Anni tui nõ transeũt sic̄ dies mei.ſꝫ sp̄ ma
nent.qꝛ eternitas tua q̄ nihil aliud ẽ q̄ꝫ sb
stãtia tua nihil hñs mutabile.nil p̄terituꝫ
nil futuꝝ. Et qꝛ eternitate p̄cedis omĩa q̄
fecisti.iõ sequit. Initio tu dñe terrã fun/
dasti Initio scꝫ tp̄is.tu q̄ es sine tp̄e.sine
initio.sine fine immutabilit manẽs ĩ eter
nitate Et opa manuum tuaꝝ sunt celi .
Nec tñ falsum est qđ alibi dr̄. Uerbo dñi
celi firmati sunt. Nam q̄d verbo fac?.hoc
etiam manu.id est.virtute tua opar?. Nõ
est eñ deus distinct⁹ corporeis membris
Uerbũ aũt dei manus eius Ipi pibunt
tu aũt pmanes . Tu eñ semper stabilis.
dans cũcta moueri immutabiliter. pma/
nes.id est.in tua eternitate pseuerãter ma
nes Sed ipi celi q̄ in tempe verbo tuo fir
mati sunt.nõ sicut tu firmi erunt.ſꝫ iuben
te verbo tuo peribunt. Unde Petrus ait
Terra aũt ꝛ celi qui nũc sunt eodẽ verbo
repositi.sunt igni reseruãdi De celis ergo
terre pximis.scꝫ de regionibꝫ aereis ↄstat
q̄ quãtum ad eoꝝ qualitatẽ peribũt.ſꝫ de
superioribꝫ celis celoꝝ nõ est certum. Si
tñ mãserint.nõ in se sed in deo manebunt
quia solo dei verbo perire pñt. Et oẽs .
scꝫ tã celi q̄ꝫ cetere res mutabiles.etiã an/
li sicut vestimẽtum veterascẽt Hoc est.
quãtum ĩ se est.nisi eos ſuares verbo tuo
sicut vestis q̄ vetustate ↄsumit deficerẽt.
Unde sequit. Et sicut opertoriũ muta/
bis eos.ꝛ mutabũtur Celos eñ qui cor
poralia ꝛ cũcta mutabilia operiũt verbo
tuo moues.ꝛ sicut eos mutas localit. ita
solo verbi tui arbitrio.si volueris totalit
mutabũtur ꝛ in nihilũ redigẽtur Tu au
tem idẽ ip̄e es Tu q̄ dixisti ego sum q̄ sũ
idem ip̄e es. Et licet omĩa sint ex te.ꝛ p te
ꝛ in te.nõ tamen sunt quod ip̄e es. qui es
mutans nõ mutatus.faciẽs nõ factus.mo
uens sed immutabiliter manẽs. Et iõ
anni tui non deficient .in generatiõe ꝛ
generationem erunt.et indesinenter ma/
nebunt.quia anni tui eternitas tua sunt.
Dum ergo dñe.dum tuam immutabilita
tem.dũ tuã eternitatẽ. ꝛ creaturaꝝ oĩum

mutabilem varietatẽ vanã𝔮ꝫ vanitatẽ cõ
sidero. nimiꝝ ad te venire ⁊ tecũ habitare
desidero. nec a desiderio meo fraudari.
aut spe mea frustrari. aut habitatõe tua ꝓ
uari tristis diffido. Quare. Quia lec⁹ au
dio qđ sequit̃. [Filij seruoꝝ tuoꝝ habita
bũt] Jã mihi em̃ leta ꝯfidẽtia orit̃. q꞉ filij
seruoꝝ. i. sanctoꝝ tuoꝝ tecũ habitabũt. s.
boni xp̃iani. de quoꝝ numero esse cupio.
Qui filij sanctoꝝ sunt. nõ ꝑ carnalẽ ꝓpaga
tionem. sed ꝑ spũalem ꝑticipatiõem. sicut
ecõtra mali filij sunt spirituũ malignorũ.
sicut scriptũ est. Vos ex patre diabolo estꝭ
nõ ꝑ generatiõem. sꝫ ꝑ imitationẽ. Vel fi
lij sunt oꝑa bona sine quibꝫ null⁹ habita
bit in glía. Qui ergo ibi vult habitare nõ
sit a bonis oꝑibꝫ sterilis. sed p̃mittat fetus
bonoꝝ opeꝝ quos sequat̃. vt intret in ter
ram viuentiũ. Sic Joseph añcessit p̃rẽ
suũ iacob in egyptũ. dicẽs ei ⁊ fratribꝫ su
is. ego p̃ueni parare vobis escas. ita prece
dant filij tui. i. oꝑa tua tibi parare escã re
fectioni eterne. Quales filios premiseris
tales sequeris [Et semẽ eoꝝ]. s. bonorum
xp̃ianoꝝ vel meritorioꝝ opeꝝ De q̇bꝫ scri
bitur. Qui seminãt in lacrimis. scꝫ h̃ i via
cum exultatõe metẽt in celesti p̃ria. Hoc
inq̃m semen de quo fruct⁹ gl̃ie metit̃ [in
seculũ diriget̃] Hoc est in celũ directuꝫ ⁊
erectũ in eternũ ibi tan𝔮ꝫ in horreo serua
bitur. Da ergo mihi dñe da. ⁊ fac me ita
hoc semẽ bñ oꝑando seminare. vt ĩde fru
ctum glorie possim moriẽdo suscipe. Da ⁊
fac hoc semen ita in me ꝑ te fructificare ⁊
ad te dirigere vt in tua eternitate sine fine
habitãdo valeã ꝑmanere

Meditatio suꝑ sexto psalmo penitẽtia
li De ꝓfundis.

Domine iesu chri

ste fons ⁊ origo toti⁹ pietatis ⁊ g̃
tie dũ ego sicut ceruus ad fontes
aquaꝝ ad te venire desidero. tãto imperfe
ctum meũ ampli⁹ recognoscẽs. đ me mea
𝔮ꝫ ꝓpria v̾tute diffido. Jđ ꝑ auxiliũ miseri
cordie tue refugiũ miserie mee q̃rẽs ad te
clamãdo fugio dicẽs [De ꝓfundis clama
ui ad te dñe] Nõ solũ de exterioribꝫ labijs
oris. sꝫ de ꝓfundis ⁊ intimis cordis lacri
mis clamaui ad te. Quid clamaui. [Dñe
exaudi voceꝫ meã] Deinde alijs v̾bis idẽ
repeto. [Fiãt aures]. i. audit⁹ clem̃tie tue
[intẽdentes in vocẽ depcatõis mee] Nec
frustra sepe ⁊ iteꝝ at𝔮ꝫ iteꝝ. varijs verbis
eandẽ orõis deuotõꝫ explico. q꞉ ad exp̃mẽ
dum mẽtis mee affectũ nõ sufficit organũ
mee vocꝭ. nec desideriũ cordis satis p̃t de
promere lingua carnis Nec ĩmerito ad te
clamo de ꝓfundis cordis. q̇ me esse sentio
nõ in vno solũ ꝓfundo. sꝫ in pluribꝫ ꝓfun
dis fluctibꝫ. tã interioris 𝔮ꝫ exterioꝝ mise
rie. 𝔮ꝫdiu sum in via hui⁹ miserabilis vite.
Nã qui sic de ꝓfundis clamat de ꝓfundis
surgit. nec ip̃e clamor eũ diu ĩ ꝓfundis eẽ
sinit. q꞉ vox h⁹ om̃e ꝓfundũ penetrat ⁊ ad
dei aures vs𝔮ꝫ ꝑuenit. Ecõtra vero q̇daꝫ
valde in ꝓfundo malorũ sunt. q̇ nec ad te
clamãt. cũ se viderint q̃tidianis pc̃tis ⁊ in
iquitatibꝫ obrutos ⁊ oppressos. sꝫ poti⁹ il
los irridẽt qui eos ad te clamare monẽt.
Hoc est ꝓfundũ maloꝝ de q̇ scriptura di
cit. Pc̃tõr cũ venerit ĩ ꝓfundũ ꝯtẽnit. Ab
sit hoc a me dñe. sꝫ ad te clamo đ ꝓfundis
cordis omniũ𝔮ꝫ interioꝝ viriũ. vt me cle
menter eripias de ꝓfundis iniquitatum.
[Qr si iniq̃tates obs̾uaueris dñe. dñe q̇s
sustinebit] O magnũ ꝓfundũ. O abyssus
multa ꝓfunda valde. nimis𝔮ꝫ ꝑiculosa Ec
ce em̃ vndi𝔮ꝫ omnibꝫ circũspectis. nulluꝫ
bonũ sed vbi𝔮ꝫ malũ vidẽs. cateruas scele
rum meoꝝ cernẽs nimiꝝ pauescens excla
mo. O dñe si iniq̃tates obs̾uaueris. id est.
ad vindictã eternã s̾uaueris. dñe q̇s susti
nebit te iudicẽ. Nõ tm̃ ego solus nõ susti
nebo. sed nec quis alius. q꞉ null⁹ alius est
nisi seductus ⁊ veritate vacu⁹. qui se nõ co
gnoscat peccatorẽ. Nã si dixerim⁹. q̇a pec
catum nõ habem⁹. nosipsos seducimus. ⁊
veritas in nobis nõ est. Nõ g̃ p̃sumam de
mea iusticia. sꝫ de tua mĩa [Quia apud te
ꝓpiciatio est] Si em̃ iniq̃tates sic obs̾ua
res vt eaꝝ iudex sol⁹ esse velles. ⁊ eẽ nolles
misericors. vti𝔮ꝫ nulla mihi esset spes. nul
la consolatio. Sed ideo nõ despero. quia
apud te est propiciatio [Et ꝓpter legem tu
am] Legẽ amoris ⁊ gratie. in qua das re
is veniam [sustinui te domine] patienter
sperans. ⁊ sperando expectans tuam mise
ricordiam. Et hoc domine. quia omĩa no
sti. Non solum tibi confiteor sed etiam ali
is. vt omnibus notum sit manifesto. di
cens. [Sustinuit anima mea in verbo
eius] Cuius eius. In verbo eius Cu
ius verbum non fallit nec fallitur.

Nō in verbo hoīs ꝙ mendax est.ꝫ in ꝟbo
dei ꝙ verax est. Uñ subditur. ⌊Sperauit
anima mea in dño⌋.nō in hoīe.ꝫ ī dō spe
rauit.ꝙ verbo suo infallibili ꝑ peccatoꝝ
veniā regni celoꝝ gl'iam repromisit Spe
rauit inꝗꝫ⌊ A custodia matutina vsqꝫ ad
noctē⌋Jō dicit a custodia seu vigilia ma
tutina.ꝙ est ꝓncipiū diei sperandum vsqꝫ
ad noctē.qꝛ in dño sperare dꝫ aīa a ꝓnci/
pio vite vsqꝫ ad mortē. Nā ꝙ vsqꝫ ad mor/
tem ꝑseuerauerit.saluꝰ erit. Sic ergo⌊spe
ret israel in dño⌋Nō solū speret vnꝰ solus
sed totꝰ fidelis ꝓpl'us. qm̄ nō vni soli. sed
multis dictū est. Sperate in dño oīs cō/
gregatio ꝓpl'i.effundite corā illo corda ve
stra. Et merito speret israel.s.oīs eccl'ia et
ꝯgregatio fideliū in dño⌊Quia apꝺ dñꝫ
est mīa⌋nō magna solū.ꝫ maxima. Nam
⌊copiosa est apud eū redēptio⌋. Sꝫ quō
verꝝ est ꝙ copiosa fuit redēptio tꝑe dauid.
cū nōdū tꝑs redēptōis aduenissꝫ. Sane
semꝑ copiosa fuit redēptio ꝫ vt ip̄e dauid
ꝓphetice innuit.hec fuit apud deū.hoc est
apud diuinū secretū sꝑ ꝑuisa. semꝑqꝫ ꝓui
sa.ac eterna ꝑdestinatōe disposita.ꝫ nō sꝑ
copiose ac plene apud hoīes exhibita. qa
nō tꝑe legis nature aut legis mosayce sed
tꝑe legis grē. De ꝙ scriptū est. Quādo ve/
nit plenitudo tꝑis.misit deꝰ filiū suum fa
ctum sub lege vt eos ꝙ sub lege erāt redi/
meret. Uñ tandē impletū est qꝺ olim da
uid ꝑdixerat⌊Et ip̄e redimet israel ex om
nibꝫ iniqtatibꝫ eiꝰ⌋. Nūc ḡ dñe.nūc maxīe
est oportunū vt de ꝓfundis fluctibꝫ mise/
riaꝝ ad te fontē misericordiaꝝ clamando
ꝯsurgā.⁊ de me meaqꝫ ꝓpria ꝟtute diffidēs
de te tuaqꝫ grā ⁊ pietate sperādo cōfidam
⁊ ad tuā clemētissimā ꝓpitiationē ꝯfugiaꝫ.
Dignū quoqꝫ ⁊ iustū est vt tibi o p̄ijssime
xp̄e gratias agam.apud quē est copiosa re
demptio. Jdeo copiosa specialiter esse di
citur.quia tua in cruce passio.tuiqꝫ preci/
osi sanguinis oblatio.nō soluꝫ ꝓ vnꝰ aut
paucoꝝ hoīm salute.ꝫ ꝓ totꝰ israel.ꝓ toti
us eccīe.ꝓ totius mūdi.pluriūqꝫ si forent
mundoꝝ redemptōe copiose sufficere per
hibetur. Per huꝰ ergo passionis ꝟtutem
ꝑ huꝰ sanguinis effusionē te deprecor.vt
a pctīs meis ⁊ a penis quas ꝓ his mere/
or me redimas.redēptūqꝫ ab eis eripias.
⁊ ereptū a malis meis tecū in bonis tuis
habitare ꝯcedas

Meditatio super septimo psalmo pe/
nitentiali

D Omine iesu chri
ste ꝙ sperātes in te nō deserꝫ.cla/
mātes ad te nō despicis. ꝙ qren/
tes te nō fugis.te desiderātes nō respuis.
sed de se diffidētes.in te aūt ꝯfidētes ꝯso/
laris. Tibi humilit' supplico.vt mihi ꝙ in
ꝑcedēti psalmo ꝯfessus sum diffidentiā ꝟ
tutis ꝓprie.tua potēti ꝟtute largiri digne/
ris sobriā exultationem spūalis leticie.ad
quā impetrandā suspirās dico.⌊Dñe ex/
audi orōꝫ meā auribꝫ ꝑcipe obse. meam⌋
Quō sepe dixi iterꝝ repeto.vt orōnis repeti
tio sit deuotōnis ꝯfirmatio. ⁊ me non te/
det sepe iterare ꝟba orōnis.ꝙ sepiꝰ iteraui
oꝑa iniqtatis.nec peto exaudiri ī mea iu/
sticia⌊ꝫ in ꝟitate tua exaudi me in tua iu
sticia⌋Hoc est.tu ꝙ verax es ⁊ in veritate
tua penitētibꝫ veniam ꝓmisisti.exaudi me
penitētem.nō in mea ꝫ in tua iusticia.s. in
mīa tua.ꝙ penitētes iustificat. Peto enim
iusticiā mīe.quā exerces in p̄nti secl'o. nō
iudiciū illiꝰ iusticie.quā facturꝰ es ī futu/
ro. Jō sequit'.⌊Et nō intres ī iudiciū cuꝫ
ꝟuo tuo⌋Ego em̄ nō sum dignus vocari
amicꝰ vl' filiꝰ tuꝰ.ꝫ tm̄ seruꝰ tuꝰ sum.ꝙ mīa
indigeo.ad te fugitiuꝰ redeo.pacē quero.
Nō ḡ in futuro intres mecū in districtum
iudiciū.qꝛ ego volo intrare tecū. Jntrāt ī
iudiciū cū dño ꝙ iusticiā suā iactātes ꝺ ea
ꝑsumūt. Quibꝫ ꝑ ꝓpham dic' dñs. Quid
vultis mecū iudicio ꝯtēdere. Oēs dereli
quistis me. Nō sic ego.ꝫ iusticiā meā co/
ram me esse nullā reputo⌊Qꝛ nō iustifica
bit' in ꝯspectu tuo oīs viuēs⌋Qꝛ ⁊ si apꝺ
se qs suo iudicio iustificet'.tm̄ oīs hō ī hoc
mortali corꝑe viuēs nō iustificabit' in con
spectu tuo.qꝛ interiora ⁊ occulta hoīs vi/
des.in qbꝫ nemo bñ plene iustꝰ aut mūdꝰ
est tuo iudicio.ꝗtūlibet sctūs hoībꝫ vide/
atur. Jō paulꝰ ait. Nihil mihi ꝯsciꝰ sum.ꝫ
nō in h̄ iustificatꝰ sum. Uel ītelligi pt⌊ nō
iustificabit' in ꝯspectu⌋.i.in tui cōꝑatiōe.
nō solū oīs hō.ꝫ nec oīs viuēs etiā ange/
lus.qꝛ solꝰ deꝰ est in ꝙ pctm̄ cadere nō pōt
in cuiꝰ ꝯspectu etiā astra nō sunt munda.
Nō ḡ intres mecū ī iudicio rigoroso ꝫ me
cū pie ⁊ misericordit' age⌊Qꝛ ꝑsecutꝰ ē ini/
micꝰ⌋.i.dyabolꝰ vl' qsqꝫ aliꝰ aduersarius
⌊aīam meā.⁊ hūiliauit ī terra vitā meā⌋.

Hoc est. quantū in se fuit eā vt celestia re
linqret ⁊ terrena saperet inclinauit. Et ite
rū⸤ Collocauit me in obscuris ⸥id ē i pec
catoꝝ tenebris.⸤ sicut mortuos secl'i ⸥id ē
sicut ceteros peccatores non spūaliter vi
uētes. sed seculariter in peccatis morien-
tes. Ideo⸤ anxiatus est sup me spūs meꝰ.
in me turbatū est cor meū ⸥Sꝫ ecce post
q̄ꝫ tristia recesserūt leta sequuntur. postq̄ꝫ
anxiatꝰ fui ⁊ turbatus p multiplicē inimi
ci tentationē. letus factꝰ sum p spūalē dei
cōsolationē⸤ Quia memor fui dierū an-
tiquoꝝ ⸥scꝫ dieꝝ eternoꝝ. hoc est tue eter
nitatis diuine. cuius memoria maxia cā ē
spūalis delectatiōis ⁊ leticie. Un̄ scriptū
est. Memor fui di ⁊ delectatus sum. Nec
solū in diebus eternis seu rebus inuisibi
libus. sed etiā in creaturis tpalibꝫ. te eter-
nū inuisibilem deū ꝯtēplatus sum. Nam
⸤ meditatꝰ sum in oībꝫ opibꝫ tuis. in factis
manuū tuaꝝ meditabar ⸥Quesiui in opi
bus artificē. in creaturis creatorē. in rebꝫ
factis te eaꝝ mirabilē ꝯditorē. Creatura
tua facta est mihi speculū vt i ea te ꝯgno-
scerē deum meū. quia vt ait apl'us. inuisi
bilia dei p ea q̄ facta sunt intellecta ꝯspici
unt. sempiterna q̄ꝫ virtꝰ eius ⁊ diuinitas.
Et ideo⸤ Expādi manꝰ meas ad te ⸥quia
in operibꝫ tuis cognoui q̄ oīa bona sunt.
⁊ nō a se sed a te tueq̄ꝫ bonitatis pticipati
one bona existūt. ideo tibi gratias agens.
expandi in oratōe manꝰ meas ad te tanq̄ꝫ
ad bonorū oīm largitorē.⸤ Et aīa mea sic̄
terra sine aqua tibi ⸥Non solū ad te expā
di manꝰ corpis mei sed ⁊ oēs vires animi
Et merito. qꝛ ⸤aīa mea ⸥a te derelicta. est
⸤ sicut terra sine aqua ⸥Idō debet se ad te
expādere. ⁊ nō sibiipi sed tibi adherere. qꝛ
nō seipsam. sed tu solus eā potes rore grē
irrigare Sicut aūt terra sine aq̄ sterilis ē
sic anima sine grē tue pluuia fructū ferre
nō pōt. Tu ergo⸤ velociter exaudi me do
mine ⸥cito dando pluuiā gratie. qꝛ sitiuit
in te aīa mea. Ideo si aquā dare longius
differas⸤ deficiet spūs meꝰ ⸥a te tanq̄ꝫ ste
rilis derelictus. Et ꝓpter hoc⸤ Non auer
tas faciē tuā a me ⸥spūm meū derelinq̄n-
do ⁊ ab eo auferendo. vel ei differēdo gra
tie tue donū. Alioq̄n⸤ similis ero descēdē
tibꝫ in lacū ⸥Hoc est in pfundū peccato-
rū. Sed potius⸤ Auditaꝫ fac mihi mane
misericordiā tuā ⸥Fac inquā mihi mise-
ricordiā tuā auditā. scꝫ a ꝓphetis manife-
statā in scripturis. Fac me interius senti-
re quod exterius facis audire. Et hoc fac
mane. id est cito ⁊ nō tarde⸤ quia in te spe
raui ⸥Et ideo speraui. qꝛ audiui Prope ē
dn̄s oībꝫ inuocātibꝫ eū oībꝫ inuocātibꝫ eū
in veritate. Et vt cito facias mihi miseri-
cordiā tuā⸤ notā fac mihi viam in q̄ am-
bulem ⸥vt sit lucerna pedibus meis ꝟbū
tuū ad recte ambulandū in via mandato
rū tuoꝝ⸤ quia ad te ⸥a q̄ tanq̄ꝫ a prē lumi-
nū descendit oē bonū. ⁊ q̄ illuminas oēm
hominē venientē in hunc mūdū. ad te in-
quā ⁊ nō ꝯtra te⸤ leuaui aīam meā ⸥Et iō
⸤ Eripe me ab inimicis meis dn̄e ad te cō
fugi ⸥Nō a te fugi ꝯtēnendo ⁊ postponen
do lucē tuā. sed ad te ꝯfugi q̄rēdo ⁊ postu
lando eā. Ideo⸤ Eripe me de inimicꝭ me
is dn̄e ⸥scꝫ a diabolo ⁊ ministris suis q̄ tē
tant me. vt ambulē in tenebris. Et vt ab
eis eripias me⸤ doce me facere volūtateꝫ
tuā ⸥qꝛ si nō doces me. faciā volūtatē me
am nō tuā. ⁊ sic deseris me deus meus dū
ego te desero. Ergo doce me⸤ qꝛ deꝰ meꝰ
es tu ⸥Ad aliū currerē si aliū creatorē ha
berē. Sed qꝛ tu solus es deus meus idō
doce me vt mgr̄ meus. Qd̄ vtiq̄ꝫ facies.
qꝛ⸤ Spūs tuus bonus deducꝫ me in ter
rā rectaꝫ ⸥Ecce qꝛ supra in memoria eter
norū ⁊ in ꝯtemplatione tua ⁊ tuorū opeꝝ
delectatus sum. ne magnitudo ꝯtēplatio
nis extolleret me. ne superba fieret leticia
mea. letis miscui tristia. sed iam post tristi
ciā ꝯuertor ad gaudiū. Iaꝫ eñ plene spe
ro q̄ spūs meus malus non pducet me in
terrā pūersam infernaliū penarū. qꝛ⸤ spi-
ritus tuus bonus deducet me in terrā re
ctam ⸥i terrā scꝫ gaudioꝝ de q̄ dicit̄ Por
tio mea in terra viuentiū Et hoc nō pro-
pter meritū meū. sed⸤ ꝓpter nomē tuū do
mine viuificabis me in equitate tua ⸥non
in iusticia mea. Ego eñ me occidi p pec-
catū meuꝫ. sed tu me viuificabis ꝓpter no
men tuū. quod est Iesus. ⁊ interptat̄ sal-
uator. Ut rē noīs tui impleas. tu eris mi
hi iesus. ⁊ me viuificando sanabis. Et sic
⸤ Educes de tribulatione ⸥huiꝰ seculi.⸤ a
nimā meaꝫ ⸥⸤ et in mīa tua non in merito
meo⸤ disperdes oēs inimicos meos ⸥q̄s
etiā inimicos tuos merito dixerim. quia ī
me seruo tuo te dominū meū quantuꝫ in
se est psequunt̄ ⁊ gloriā nomis tui. Cui ⁊

l

non mihi. salutē meã attribuo. dicēs. Nō
nobis dñe nō nobis. sed noī tuo da gl'iaz
Hãc inquã gloriam saluti mee aduersan
do auferre conant. Vñ ꝯueniēter subdit.
⌊Et ꝑdes oēs q̇ tribulant aīam meã⌋ scz.
diabolũ ꝛ oēs obstinatos. et merito ꝑdes
me tribulantes. Qm̄ ego seruus tuꝰ sum
Ad te in mea tribulatione recurrēs. sicut
seruꝰ humilis ꝛ fidelis vassallus recurrit
ad dñm. Ecce ergo huius psalmi alio/
rūq₃ psalmorũ penitentialiũ leta conclu/
sio. Ecce spũalis leticie exultatio quã sa/
lutaris penitētie ꝯtristatio finaliter opat
Vñ qui ꝑ penitentiã affligit tãdem dicit.
consolationes tue letificauerunt animaz
meam.

d A ergo mihi dñe hos quos peni/
tentiales psalmos ecclesia tua no
minat. ꝛ a penitentibꝯ tibi psallen
dos esse predicat. tã digne ac deuote non
soluz ore sed corde penitēdo psallere. vt ꝑ
contristationē penitentie salutaris exul/
tationē cōsequi valeam leticie spũalis. vt
post salutarē penitentiã tandem ꝑ spiritu
alē leticiã exultando dicã. Spũs tuꝰ bo/
nus deducet me in terrã rectaz. Da mihi
dñe hoc septenariũ penitentiũ psalmorũ
esse remediũ ꝯtra septenariuz mortalium
peccatorũ. mihiq₃ esse auxiliũ ad septena
riũ virtutũ principaliũ. ad septenariũ do
noꝝ spũaliũ. ad septenariũ beatitudinuz
ad septenariũ deniq₃ petitionũ in oratiōe
dñica ꝯtentaꝝ Da mihi dñe in horum
psalmorũ meditatione timorē pene. dolo
rē culpe. spem venie. amorē cordial' mun
dicie. desideriũ celestis patrie. diffidentiã
virtutis ꝓprie. exultationē deniq₃ spũal' le
ticie. De hoc em̄ septenario mentaliũ affe
ctuũ principaliter agit in hoc septenario
deuotorũ psalmorũ. His septez affectibꝯ
quasi septē scale pn̄ie gradibꝯ ad terrã pa
trie celestis ascendit. quo me finaliter de/
duci ꝛ feliciť ascēdere ꝛ tecũ habitare ꝑen
niterq₃ regnare. tu misericorditer ꝓstare
digneris Qui viuis ꝛ regnas in secula se
culorũ Amen.

Explicit liber de septē gradibꝯ scale cō
tinens meditationes deuotas sup septez
psalmos penitentiales A dño Petro de
Aillyaco Cameracensi episcopo.

Incipit tractatus de oratiōe domini/
ca Petri de Aillyaco. ꝛc.

ſ Ic ergo ora
bitis Mat. vj. Hic docet
christus breuēꝛ debitum
modũ orandi q̇ vti debēt
catholici. Et qꝛ sicut dic
glosa. nulla oratio magꝫ specialis est q̃z il
la q̃ ex ore filij q̇ est veritas ꝓcessit. ideo de
oratione tractaturi ꝑmo tractabimus de
oratione dñica in speciali. secũdo de ora/
tione aliquas q̄stiones soluemus in gene
rali. Quantũ ergo ad primũ hec oratō
dñica diuiditur in exordiũ. tractatũ. ꝛ cō
clusionē. In exordio beniuolentia captat
Pater noster ꝛc. In tractatu petitiōes or/
dinant. sanctificet nomē tuũ ꝛc. In con/
clusione petitionũ cōfirmatio optat. amē
Circa exordiũ primo notandũ est q̇ in
eo dei beniuolētia captat tripliciter. Pri/
mo ex parte rogati. quia pater cuiꝰ filij su
mus ꝑ fidem Jo. j. Secũdo ex ꝑte rogã/
tium. qꝛ noster. nobis datus ꝑ caritatem
Job. iij. Sed etiã tercio ex ꝑte accessorũ
qꝛ dicit. qui es in celis. id est in sanctis. q̃/
rum auxilio erigimur ꝑ spem. Dicamꝰ er
go Pater. in quē credimꝰ. noster. quē dili
gimus. q̇ es in celis de q̇bꝯ speramus.
Secundo notandũ est q̇ dei beniuo/
lentiã captamus nō vt ipm flectamꝰ cum
eius volũtas sit immutabilis. nec vt eius
beniuolentiã preueniamꝰ. cũ ipse sua be/
niuolentia nos ꝓueniat. qm̄ ipse ꝑor dile
xit nos. vt dicit. j. Joh. iiij. sed vt in nobis
ipsis de sua beniuolētia certã fiduciã exci
temus. ꝛ hoc fit ꝑcipue ex tribꝯ q̃ i h exor/
dio notant. Primo ꝯsiderando eiꝰ ca/
ritatē. qua bonũ nostrũ vult. qꝛ pater.
Secũdo eius largitatē. quia seipm no
bis dat. ideo dicitur noster. Tercio eiꝰ
maiestatem qua nos iuuare potest. quod
notamus cum dicimus. q̇ es in celis.
Tercio notandũ q̇ ꝑut trahitur ex san
ctorũ glosis deus dicit pater noster mul/
tis de causis. Primo vt ostendat q̇ ei nō
timore seruili sed amore filiali seruire de/
bemus. Secundo vt cum de filiali ado/
ptione cogitamus ei tanq̃ patri filialē af
fectum rependamus. Tercio vt ad amo/
rem fraternitatis admoneamur. Naz cũ

pater noster dicitur. oībus cõmunis esse
docet. Ideo nemo dicat pater meus/ qz h
ꝓprie christo ꝯuenit q̄ filius est ꝑ naturaz.
alij aūt sunt filij eius solū ꝑ adoptionis ḡ
tiam. Vñ ipse dicit. Vado ad patrē meū
ꝛ patrē vestrū. Meū. scz specialiter ꝑ na-
turam. vestrū ꝟo generaliter ꝑ gratiā.
¶ Quarto dicitur pater noster. vt oībus
occasio suꝑbie tollatur. qz nō vere pñt di
cere pater noster nisi fratres sint. Nullus
ergo nobilis aut diues circa minores su-
ꝑbiat. cum eos tanq̄ fratres recognoscit
¶ Quinto in hoc occasio mundicie ꝛ in-
nocentie dat. quia cauēduz est vnicuiq̧ a
peccati sordib9 ne tanto patre reddat indi
gnus. ¶ Sexto in hoc populi christiani
supra ꝓp̄lum iudaicū excellentia denotat.
quia antiquis vt seruis dicit dñs. nobis
autem tanq̄ filijs dicit pater. ¶ Septio
in hoc nobis impetrandi qđ petimus ḡn
dis fiducia dat. Quid em̄ negabit filijs q̄
iam dedit vt pater sit. ¶ Quarto notādū
est ꝙ hec oratio in suo exordio et in omni
sui parte breuis est. et hoc fit ꝯm sanctos
ꝓpter plures ratiōes. Primo vt fiducia ci
to impetrādi tribuat. quia fiduciā dat ci-
to annuēdi qui breuiter vult rogari. Se
cundo vt discamus res de quib9 orandū
esse instruimur. Non em̄ docet hec oratō
verba sed res. quia nō his solis verb orat
sed etiam alijs. non tamē in alio sed in eo-
dem sensu. nam q̄cunq̧ a deo orāda sunt
his verbis breuiter ꝯtinent. Tertio vt ea
de quibus orandū est paucis verbis faci
lius memorie ꝯmendent. Quarto vt pru
dentia ingeniosoꝝ in paucitate verboꝝ ꝺ
ꝓfunditate misterioꝝ ꝛ rerū multiplicita
te miret. Unde suꝑ illo verbo ysaie Ser
monē abbreuiatū fecit dominus suꝑ ter-
ram. Has duas rōnes tetigit glosa dicēs
ꝙ hunc sermonē ita abbreuiauit dñs. vt
in paucis verbis memoriter capi possit ꝛ
ita rebus īpleuit. vt nemo sine gratia spi-
ritussancti ꝑcipe possit. ¶ Quinto vt hec
oratio que ꝓpter sui breuitatem facilit ad
discitur ꝛ memoriter retinet. etiā frequē-
tius dicatur. ꝛ sine fastidio sepius repeta
tatur. Sexto vt eius ignorantia null9 ex-
cuset. quia qđ tā faciliter scit. nō nisi cul-
pabiliter ignorat. Septimo vt in mētis
deuotione ꝛ nō in verboꝝ multiplicatiōe
virtus oratiōis ostendatur. Unde supra

Math. vj. dicit. Orantes aūt nolite mul
tum loqui sicut ethnici. id est gentiles fa-
ciunt. putant em̄ ꝙ in multiloq̄o suo exau
diant. Et hec de exordio huius oratōnis
sufficiant.

s Anctificet nomē tuū. Post exor-
dium sequit tractatus. in quo sep
tem petitiones ordinant. Et p̄mo
circa eas aliqua sunt p̄mittenda generali
ter. Secundo singule earū sunt exponē-
de specialiter. ¶ Primo ergo notanduz ē
ꝙ hec oratio dñica ꝑfectissima est. quia si
cut Aug9. dicit. si recte ꝛ ꝯgruēter oram9
nihil aliud dicere possumus q̄z qđ in hac
oratiōe positū est. Quia em̄ oratio nostra
est quodāmodo ꝺsiderij nostri expressiua
illa solū recte orādo petim9/ que recte desi
derare valemus. In hac aūt oratiōe non
solū ponunt oīa que recte desiderare pos
sumus. sed etiā eodē ordine petunt q̄ desi
deranda sunt. ꝛ sic hec oratio non solū po
stulare instituit/ sed etiā nostrū affectū ad
ordinate desiderādū informat. ¶ Pro cu
ius declaratione secūdo notandū est ꝙ in
ordinato desiderio p̄mo cadit finis. dein
de ordinata in finē. Finis aūt noster ē de
us/ in quē noster affectus tendit dupliciter
Uno modo ꝓut volum9 gloriā dei. Alio
mō ꝓut volumus frui gloria eius. Primū
ꝑtinet ad dilectionem qua deum in seipō
diligimus. secundum ꝟo ad dilectionem
qua diligimus nos in deo. Ad primum
ꝑtinet prima petitio q̄ dicit sanctificet no
men tuū ꝑ quā petimus gloriā dei. Ad se
cunduz ꝑtinet secunda petitio. Adueniat
regnū tuū. per quā petimus ad gloriā ei9
ꝑuenire. Et sic iste due petitōes ordinan
tur ad nostrū vltimū finē scz ad beatitu-
dinē. Prima ad beatitudinē obiectiuam.
Secūda ad beatitudinē formalē. Ad fi-
nem aūt p̄dictū ordinat nos seu dirigit a
liquid dupl'r. Uno mō ꝑ se. alio mō ꝑ ac-
cidens. Per se quidē bonū qđ est vtile in
finē. Est aūt aliq̄d vtile in finē beatitudīs
dupliciter. Uno modo directe et princi-
paliter. scz meritū quo beatitudinē mere-
mur deo obediēdo. ꝛ quantū ad hoc peti
tur. fiat voluntas tua sicut in celo et ī ter
ra. Alio modo instrumētaliter ꝛ quasi co
adiuuando nos ad merendū. ꝛ ad hoc ꝑ-
tinet qđ dicit. panē nostrū quotidianum
da nobis hodie. siue hoc intelligit de pa-

ne sacramētali. siue de pane corpali. Per
accidens aūt ordinamur in beatitudinē
p remotionē phibentis. Tria aūt sunt q̄
nos a beatitudine prohibēt. Primo q̄dē
peccatū quod directe excludit a regno. et
q̄tum ad hoc dicit. dimitte nobis debita
nostra. id est peccata. Secūdo phibz nos
⁊ impedit tentatio que retrahit ab obedi
entia diuine volūtatis et inclinat ad pec-
catū. Ideo petit. ⁊ ne nos inducas in ten
tationē. Tercio penalitas p̄sens. scz ma-
lum pene. qd impedit sufficientiā vite. de
quo sequit. Sed libera nos a malo.
¶ Tercio notandū est q sicut patet Lu.
xj. ⁊ sicut dicit Aug⁹. in Enchiridion. lu-
cas in oratiōe dñica non petitiones septē
sed quinq̄ cōplex⁹ est. Ut em̄ ostendat ter
ciam petitionē duarū premissaꝝ esse q̄dā
modo repetitionē ꝑtermittēdo eā hoc fa
cit intelligi. quia scz ad hoc p̄cipue dei vo
luntas tendit vt eius sanctitatē cognosca
mus ⁊ cum ipso regnemus. quod etiā ma
theus vltio posuit. libera nos a malo Lu
cas nō posuit. vt sciat vnusquisq̄ in eo se
liberari a malo q nō infertur in tentatio-
nem. Ideo nec lucas diminute. nec Ma
theus sup̄flue petitiones posuit. si qd vn⁹
intellexit alius expressius posuisse vtile re
putauit. ¶ Quarto notandū est q distin-
ctio. ordo. ⁊ sufficientia harū petitionum
breuiter potest sic colligi. Nam iste septē
petitiones omne appetibile ⁊ recte deside
rabile ꝯtinēt. Omne aūt appetibile ē du-
plex. scz collatio boni ⁊ amotio mali. Bo-
num aūt quod petitur ad ꝯferendū ē tri
plex. bonū celeste scilicet glorie. bonū spi-
rituale scilicet gratie. bonū temporale scz
nature. Primū autē bonum scilicet ce-
leste seu beatificū est duplex. scz obiectale
⁊ formale. Malum aūt qd petitur aufe-
rendū est triplex. scilicz preteritū. presens
⁊ futuꝝ. Ideo petit vt p̄teritū remittat. p̄
sens vitetur. futurū precaueat. Sic ergo
quatuor predictis bonis correspōdēt q̄-
tuor prime petitiones oratiōis dominice
Tribus aūt malis auferendis correspon
dēt tres vltime. Unde licet pri⁹ sit ma-
lum amouerī q̄ bonū conferri. non tamē
inconueniēter ꝑmittunt petitiones q̄ ꝑti
nent ad ꝯsequendū bonū petitionib⁹ que
ꝑtinent ad remouendū malum. Ratio ē.
q2 ordo petitionū non correspondet ordi

ni executiōis. sed cum oratio sit interpres
desiderij correspondere debet ordini desi
derij siue intentionis in quo prius ē finis
q̄ ea que sunt ad finē. ⁊ cōsecutio boni q̄
remotio mali. Et hec de eis generaliter.
¶ Sed postea de singulis haꝝ petitionū
dicendū est. eas exponēdo specialiter. ¶ Et
q̄tum ad tres primas Sciendū est q in-
tellectu litterali earūdē sicut dicit Augu
stinus in libro de sermone dñi in monte.
cum dicimus. sanctificet nomē tuum. nō
hoc petitur. quasi nomē dei nō semper sit
sanctū. sed vt sanctum ab omnib⁹ habeat;
⁊ hoc ꝑtinet ad dī gloriam in omnib⁹ pro
pagandam. ¶ Qꝫ autē dicit. adueniat re
gnum tuū. non ita dictū est quasi de⁹ nūc
nō regnet. Si em̄ deus rex nō esset aut re
gnum non haberet. q̄d est ergo quod psal
mista ait. rex omnis terre deus. Sed ido
illud dictū est vt ait Aug⁹. vt nobis veni
at atq̄ in eo regnem⁹. ⁊ sic ad illud regnū
nostrū desiderium excitamus. ¶ Qꝫ autē
dicitur fiat voluntas tua ⁊c. nō ideo dici-
tur quasi dei voluntas beneplaciti aliq̄n
non fiat vl' impleatur. cū scriptū sit oīs
voluntas mea fiet. ysaie. xlvj. sed hoc d vo
lūtate signi intelligitur vt sit sensus. Obe
diat voluntati tue id est p̄ceptis tuis sicut
in celo ⁊ in terra. id est sicut ab angelis ita
ab hoībus. Nec intelligēdū est q sicut sit
nota quantitatis. sed qualitatis. scz simili
tudinis vt similitudinē insinuet. ⁊ nō eq̄li
tatem. Et sic erit intellectus q sicut ange
li voluntatē dī faciunt in celo sic homīes
eam faciant in terra. et si non ꝑm quanti-
tatem ⁊ qualitatē. tamē ꝑm similitudinē
id est si nō ꝑm illorū ꝑfectionē tamē ꝑm ꝑ
fectionis illorū imitationē Unde he tres
petitiones ꝑfecte ꝯplebunt in vita futura.
alie vo quattuor sunt presenti vite p̄sidia
vt dicit Augustinus in Enchiridion.
¶ Est igitur prima petitio. sanctificet no
men tuū. In qua petimus sanctificatōē
nominis dei. id est gloriā suam. vt scz san
ctificet. id est in nobis honoret. scz in ītel
lectu per veram ꝯgnitionē. in affectu per
sanctā dilectionē. in memoria per firmā
inhesionem. Item sanctificet per beniuo
lentiam in corde. per reuerentiam in ore.
per ꝑseuerātiam in opere. Sanctificetur
inquam nomen tuū quod est pater. vt te
tanq̄ filij semper honoremus Nomē tuū

quod est Jesus. vt a te saluatore salutē habeamus. Nomē tuū quod est spūssanct⁹. vt in bono gr̄e semꝑ ꝑseueremus.

s Equit̄ secunda petitio Adueniat regnū tuum. In qua petimus beatitudinē nostrā scilicet regnū glorie. Adueniat id est ad nos veniat regnuȝ tuū. De quo Math. xxv. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. Tunc em̄ regnabit deus omnino inter nos. nō diabolus. nō mundus. nō carnalis affectus.

¶ Hic aūt est aduertendū ꝙ regnū dei q̄druplex est. scȝ sacre scripture. de quo dicit christ⁹ iudeis. Auferet̄ a vobis regnuȝ dei Math. xxi. Secundo regnū diuine gr̄tie Luce. xvii. Regnum dei intra vos est. Tercio regnū vniuersalis ecclesie. De q̄ Math. xiii. Colligent de regno eius omnia scandala. Quarto regnū celestis glorie. Math. vi. Primū querite regnuȝ dei ⁊c. Et ſm hoc quadrupliciter pōt exponi adueniat. id est ad nos veniat regnū tuū. scilicet sacre scripture ꝑ veram cognitionem. vt destruat regnū erroris ⁊ ignorantie. Regnū scilicȝ gratie diuine ꝑ spūaleȝ inhabitationē. vt destruat regnū peccati ⁊ malicie. Regnū tuuȝ. scilicȝ vniuersalis eclesie ꝑ christiane fidei declarationē ⁊ exaltationē. vt destruat regnū antixp̄i ⁊ false synagoge. Regnum tuū scilicet celestis glorie. ꝑ eternaȝ p̄miationē. vt destruat regnum p̄sentis ⁊ future miserie.

¶ Sequitur tercia petitio Fiat volūtas tua. In qua petimus donū gratie quia ꝑ gratiam fit voluntas dei in nobis ⁊ a nobis. Licet em̄ voluntas dei semꝑ fiat. tamen ꝑ gratiam fit ꝙ voluntas p̄ceptoruȝ suoꝝ a libertate nostra impleatur. Fiat g̃ voluntas tua in peccatorū ꝯuersione per opus penitētie. In ꝯuersorū sanctificatione ꝑ munus gratie. In sanctificatoꝝ saluatione ꝑ bonum ꝑseuerantie. In saluatorū ꝑpetua clarificatione per donū glorie. Fiat inquā sicut in celo ⁊ in terra. quod quadrupliciter exponitur. scȝ. sicut in angelis sic in hominibꝫ. sicut in iustis ita in peccatoribꝫ. sicut in christo ita in ecclesia. ⁊ sicut in synderesi id est in portiōe superiori rationis. sic in inferiori portōe sensualitatis. Declarationē aūt istoꝝ ꝑ ꝯcordantias scripturarū trāseo cā breuitatis.

¶ Sequitur quarta petitio. Panē nostrū ⁊c. In qua petitis illis que ad beatitudinem ꝑtinent directe ⁊ p̄ncipaliter. consequenter illud petimus quod ad eā ꝑtinet instrumentaliter. Ubi primo notāduȝ est ꝙ hoc ad litterā potest dupliciter exponi. Uno modo de pane sacramētali. cui⁹ quotidianus vsus cum debitis ꝯditionibus proficit homini. Unde ipsum paneȝ nostrū quotidianū dicimus. licet in euangelio Matthei scriptū sit suꝑsubstātialē. id est p̄cipuū vt exponit Hieronymus. ꝑ quod intelligimus eukaristiā. quod est p̄cipuū sacramentū. vnde ⁊ in ipso oīa alia sacramenta subintelligunt̄. Alio mō pōt exponi de pane corporali. vt etiā ꝑ paneȝ intelligatur oīs sufficientia victus. sic dicit Augustin⁹. quem suꝑsubstantialē dicimus. id est suꝑadditū ad substātie sustētationem. Lucas vero dicit quotidianū. id est nō annuū. vel a decem annis prouisū vel in horreis reseruatuȝ. Ideo ipm̄ petimus hodie id est in p̄senti quia nescimus si ad crastinū ꝑueniamus. Unde per hoc inordinata sollicitudo excluditur et suꝑfluitas condemnat̄. quia solum qđ est nature necessariū ⁊ ꝯueniēs petitur. iuxta illud ecclesiastici. xxix. Initiū vite hominis aqua ⁊ panis. Secundo notanduȝ est ꝙ dicimus panē nostrū. ⁊ da nobis quadruplici ratione. Primo vt nemo sibi tēporalia appropriet. Unde Cris. Omnia inquit que nobis dat deus. nō solum nobis dat sed aliis ꝑ nos. vt de eo quod accepimus ꝑ nos partem impotētibus faciamus. Secundo vt nemo aliena vsurpet. Unde idē Cris. Qui de iusticia panē acquisitum māducat. panē suum māducat. qui aūt cum peccato. alienum. Tertio vt nemo pro se solū sed etiā pro aliis oret Unde Cyp̄anus libro de oratiōe dn̄ica. Ideo inquit nō dicimus pater meus sed noster. nec da mihi sed da nobis. qꝛ vnitatis magister noluit p̄uatim p̄cem fieri vt scȝ quis tm̄ pro se precet̄. Unū em̄ ꝑ om̄ibus orare voluit. quō in vno omnes ipse portauit. Quarto dicim⁹ da vt nemo de se p̄sumat quasi sine deo. vel paneȝ vel aliquid minimū habere posset. Unde psal. Qui dat escaȝ omni carni. Tercio notandū est. ꝙ extendendo istam petitioneȝ ad sensum misticū vł moralem. ipsam de

qnintuplici pane possumus exponere. vt
dicamus da panem penitētie ad releuatō
nem languoris. iuxta illud psalmi. Sur/
gite postq̃ sederitis q̇ manducatis panez
doloris. Secūdo panem intelligētie cō/
tra famē errorū. De quo pane Ecclesiasti
ci. xv. Cibauit illū pane sapientie ⁊ intel/
lectus. Tercio panē eukaristie ad impin/
guationē amoris. quē panem xp̄us in me
moriaz sue amarose passiōis suis tradidit
discipulis. Quotienscūq̧ inquit mandu
cabitis panē hunc mortē dn̄i annūciabi/
tis donec veniat. Quarto panē glorie ad
delectationē saporis. De quo scribit̄. Pa
nē angelorū manducauit hō. Quinto ad
litterā panē nature. ad sustentationē indi
gentie naturalis seu ad ꝯfortationē natu
ralis vigoris. et de isto pane dicit̄ hic. Et
sic habebimus quinq̧ panes q̇bus sacia
uit dn̄s q̇nq̧ milia hominū Job. vj. capi.

Quarto moraliter notandū est. ꝙ licet
ad deū ꝑtineat panē nobis dare. ꝓpter qđ
petimus panem nostrū quotidianum da
nobis ⁊c. tamē ad hoīes ꝑtinet ip̄m dispē
sare. videlicet panē corporalē dispensant
filijs suis patres carnales. sp̄ūalem ṽo di
spensare debēt sp̄ūales scz prelati ⁊ docto
res. Sed iam querit̄ inter dispensatores
vt fidelis q̇s inueniat̄. Quis em̄ est his tē
poribus fidelis seruus ⁊ prudens quē cō
stituit dominus suꝑ familiā suā. vt det il/
lis cibum in tempore fideliter ⁊ prudēter.
Fideliter q̃tum ꝑtinet ad deū. prudēter
q̃tum ad homines. Fideliter q̃tuz ad de
um. vt scz cum tanta fide. tāto timore. tan
ta instantia. tāta diligentia quantū sibi cō
missum est verbū dei dispenset. Prudēter
ṽo q̃tum ad homines. vt ſm capacitatez
vniuscuiusq̧ singl'os erudiat ⁊ sp̄ūaliter nu
triat. Ideo oremus deuote. Panē nostrū
quotidianū da nobis hodie Panē scz nō
solū corꝑalem. sed sp̄ūalem. vt inspires p̄
latis ⁊ doctoribus ecclesie tue. vt verita/
tem tuā nobis studeant fideliter ⁊ prudē/
ter dispensare. Et si illi nobis panē istum
frangere negligant aut ꝯtemnant. tu ipse
da nobis ⁊ pasce nos ꝑ occultam sp̄ūssan
cti inspirationē. vt intus per te capiamus
panem. quo exterius fraudamur ꝑ ipsoꝝ
taciturnitatē. alioquin moriunt̄ ⁊ fame ꝑe
unt paruuli ecclesie tue filij. quia nō est q̇
frangat eis panem fidei ⁊ sp̄ūaliter eos re
ficiat verbo dei. Tu ergo pater clementis
sime panē nostrū quotidianū da nob ho
die. Sequitur. Et dimitte nobis debi
ta nostra. Ubi post petitiones boni confe
rendi sequunt̄ petitiones mali auferendi
Et primo ponitur quinta petitio ꝓ amo/
tione mali preteriti scilicz preterite culpe.
Ubi ꝓmo notandū est ꝙa beatitudine cō
sequēda prohibet nos triplex malū. Pri/
mo peccatū iam cōmissum. Secūdo pec
catū de proximo cōmittendū. Tercio ma
lum p̄sens ad peccatum inclinatiuū.

Primū ergo petimus amoueri dicēdo
dimitte nobis. s. peccatoribus. quia si di/
cimus quoniā peccatū nō habemus. nos
ipsos seducimus. et veritas in nobis nō ē
vt dicit scriptura. Ideo om̄es dicere pos
sumus dimitte nobis debita nostra id est
peccata cōmissa. ⁊ q̃tum ad culpam ⁊ q̃/
tum ad penam. quia aliter nō possum⁹ in
gredi beatitudinē eternam. Quia ṽo nob
est regula imposita ꝙ si nos volumus no
bis dimitti peccatū nostrū. nos etiam de
bemus dimittere proximo nostro peccatuz
in nos ꝯmissum. Ideo subdit̄. sicut ⁊ nos
dimittimus debitoribꝫ nostris. Un̄ post
hanc dn̄icam orationē statim posuit chri
stus huius dicti rationē dicens. Si eniz
dimiseritis ⁊c. Ubi secundo notandū
est. ꝙ ista dimissio potest intelligi duplici
ter Uno mō q̃tum ad offensam. ⁊ hoc est
necessitatis. qꝛ tenemur om̄es diligere ex
caritate. Alio modo q̃tum ad iniuriā. ⁊ h̄
non est necessitatis sed suꝑerogationis. si
cut em̄ pecuniā ablatā non tenet̄ quis au
ferenti dimittere. sed eā potest licite repe/
tere. sic iniuria sibi illata potest recōpen/
sationē ꝑ emendam petere ſm ordinē iu/
sticie. Tercio moraliter notandū est ꝙ
dimittere alteri peccata est magni meriti
apud deū. quia certa fiducia datur dimit
tenti ꝙ etiā peccata sua dimittent̄ ei. Un̄
dicit xp̄s. Si em̄ dimiseritis hoībꝫ pecca
ta eoꝝ. dimittet ⁊ vobis pr̄ vester celestis
peccata vr̄a. Si aūt nō dimiseritis hoībꝫ
nec pr̄ vr̄ dimittet vobis peccata vestra.
Ubi glosa. Hoc inq̇t ī fine ꝯcludit vt cer
tū sit nobis q̇d in oratiōe ꝓmiserim⁹. neq̧
aliud exigit iudex quē rogamus. nisi vt ta
les simus fratribꝫ q̄lem nobis eū exposci
mus. ⁊ q̇ hoc nō facit dupliciter reus est.

Primo. quia peccauit ⁊ debet. deinde

quia monitus a iudice fratri nō indulget
Et ideo multis timenda ⁊ multis piculo
sa est ista sententia. qui scz p longā odiorū
malignitatē ⁊ odiosam maliciaz indurati
illos qui p aliquā iniuriā eis facti sunt de
bitores. modis oīb9 ledere ⁊ ɔfundere cō
cupiscunt. nec p timore dei. nec p p̄cibus
hominū satisfactionē recipe. ac concordi
am habere volūt Qui cū tales sint securi
tamē ad ecclesiā confluūt ⁊ corā deo dice
re p̄sumunt Pater noster. dimitte nob de
bita nostra sicut ⁊c̄. Ideoq3 aduersum se
iram dei puocare videnť. q2 hoībus ser/
nant irā. ⁊ a deo querūt misericordiā. Ne
cesse ergo est vt saltem tunc debitorib9 su/
is dimittāt debita cū ipsi debitores īdul/
gentiā ab eis sibi postulauerint. sicut do
min9 seruo suo nequā fecisse legiť quēad/
modū scriptū est. Serue nequā omne de
bitū dimisi tibi qm̄ rogasti me Quicunq3
aūt rogat9 a debitore debitū cuiuslibet in
iurie dimittere ɔtemnit. in vanū a domi/
no dimitti sibi debitum peccati sui petit.
imo magis peccatū suū corā oculis iudi/
cis aggrauat q3 alleuiet. Quarto notā
dum est ꝙ q3uis impfectis ɔcedať sic sua
debita posse relinquere vt a debitorib9 de
indulgentia rogari debeant et satisfactio
nē de illata sibi iniuria recipe valeant. ta/
mē si ɔtingat nihil horū fieri. debent om̄i
bus modis irā pprij cordis refrenare. ⁊ de
semetipsis tenebras odiorū repellere. me
mores illius quod scribiť. Ira viri iusti/
ciam dei nō opať. Sed tū viroꝝ pfectoꝝ
est. ⁊ sine p̄cib9 ⁊ sine satisfactione iniuria
rum corde puro ⁊ vultu iocundo suis de
bitorib9 indulgere. insup ⁊ sua tribuere. ⁊
obseq̄a caritatis exhibere. Prouideat er/
go vnusquisq3 sibi in hac oratōe dn̄ica vt
qualem indulgētiā a deo cupit accipe. ta/
lem studeat alijs facere. alioq̄n ɔsulti9 vi/
dereť tacendū q3 dicendū. dimitte nobis
debita nostra sicut ⁊ nos dimittim9 debi/
torib9 ⁊c̄. Sequiť sexta petitio. Et ne
nos inducas in tētationē. In q̄ petim9 a/
moueri malū de pxio ɔmittēdū. ⁊ hoc cō
tingit qn̄ sum9 positi in g̃ui tētatiōe cui p/
babiliter timemus succūbere. ⁊ iō petim9
⁊ ne nos inducas. id induci pmittas in tē
ptationē. Ubi p̄mo notandū est ꝙ per
hoc nō simpl'r petimus vt nō tētemur. q̄a
tentari nō est p se malū. sed qn̄q3 ad virtu
tis exercitiuz. qn̄ scz viriliter resistiť. ppter
quod dicit psal. Proba me dn̄e ⁊ tenta me
Sed petim9 ne in tentationē inducamur
id est ab ipsa vīcamur. quasi dicam9 Et si
nos pmittas duci p sensuz vt exercitemur
nō tū pmittas induci p ɔsensum vt succū
bamus. tūc inducimur. i. intus ducimur
qn̄ int9 a tentatiōe vincimur. Secūdo
notandū est ꝙ duplex est tentatio. q̄dā ad
bonū. alia ad malū. Prima tentat nos de
us. nō vt de nouo aliq̄d sciat. nisi impprie
loq̄ndo ꝺ scire. eo mō loq̄ndi q̄ ꝺ2 scire q2
facit alios scire Un̄ diciť Deuť. xiij. Ten
tat vos dn̄s deus vr̄ vt palā faciat vtruz
diligatis euz. Et de illa intelligiť autori/
tas psal. supradicta. Et illꝺ Gen̄. xxij. Tē
tauit de9 abrahā ⁊c̄. Alia ꝟo tentatiōe scz
ad malū deus nullū tentat scz p se ⁊ ime/
diate. Un̄ dic̄ scriptura Deus intētator ē
maloꝝ. vnusquisq3 tētať a cōcupiā sua ab
stractus et illectus. Ista tū tentatio sicut
⁊ q̄libet alia res est a deo. Tercio notā
dū est ꝙ tria sunt q̄ nos tentāt ad malū. s.
mūd9. caro ⁊ diabol9 Mūd9 tētat p pspe
ra et aduersa. Caro p carnalia desideria.
Diabol9 p varia deceptionū genera. Un̄
licet infirmitati hūane sufficeret ad exerci
tiū tentatio q̄ est a mūdo ⁊ a carne. tū hoc
nō sufficit ꝺmonū malicie. sed vtroq3 vtū
tur ad hoīm impugnationē. Hec em̄ ipu
gnatio pcedit ex demonū malicia q̄ ppter
inuidiā pfectū hoīm impedire nitunť De
us aūt hmōi ipugnationē ⁊ tētationē per
mittit. Imo ad eā cāliter ⁊ p̄ncipl'r ɔcur/
rit. nō tū ad malū scz culpe ordiat. nec ta/
le malū intēdit. s3 ipse q̄ ordiate nouit vti
malis. eā ad bonū ordiat. Un̄ ⁊ ex ei9 or/
dinatiōe hmōi tētatio ad bonū ⁊ gloriam
electoꝝ puenit. q2 p tētationuz victoriā p
ueniūt ad coronā. sic̄ btūs iacob9 testať di
cēs. Btūs vir q̄ suffert tētatiōez. qm̄ cū p
bat9 fuerit accipiet coronā vite ⁊c̄. Iō ora
m9. ⁊ ne nos inducas in tētatōez. i. ne nos
pmittas tētari vltra id qꝺ possum9. s3 fac
cū tētatiōe puētū. vt p tētatiōes pbemur
nō repbemur. nec vīcamur a tētatōe mōi
p cupiditatē. a tētatōe carnis p voluptatē
a tentatione diaboli per iniq̄tatem.

Sequitur septima petitio Sed libera
nos a malo In qua petim9 amoueri ma/
lum p̄ns ad mala predicta. s. ad pctā incli
natiuū. sicut ē fomes pctī q̄ est q̄daz pena

ex peccato primorũ parentũ derelicta. ꝛ h malũ pene ꝛ generaliter omnia mala presentis vite inquantũ possunt nos ad peccatuz inducere petimus amoueri ꝛ ab eis liberari. Hec aũt liberatio ſm glosam q̃tidie est necessaria dũ in malo animꝰ corporis nunc viuit sed in fine complebit qñ immortales ꝛ impassibiles erimꝰ. Et hec sufficiant de septẽ petitionibꝫ Amen.

Amen:

Sequitur tertia ps. scz in qua post exordiũ ꝛ tractatũ ponitur cõclusio scilicz p̃dictaꝝ petitionũ cõfirmatio. Nam amẽ est dictio hebraica q̃ latina lingua interp̃tat vere ꝛ fideliter et fiat. Et sic optamus vt vere fiant omnia q̃ supra fideliter petiuimus. Uñ patet ꝙ licet oratio sit actus intellectus ꝛ rationis. tamẽ presupponit actum voluntatis scilicet desideriũ optatiuũ illius quod oratio petit. Unde cũ oratio sit quodãmodo desiderij interpres. desideriũ est causa petẽdi ꝛ orandi. iuxta illud psalmi. Desideriũ pauperꝝ exaudiuit dominus. Sz post p̃dicta que ad sensum litteralem septẽ petitionũ oratõnis dñice posita sunt adhuc ad sensum misticũ vel moralẽ quedaz breuiter sunt notanda. Primo ergo notãdũ est ꝙ numerus p̃dictaꝝ petitionũ põt septem virtutibus adaptari. Ita ꝙ sumit prima scz sanctificetur nomen tuũ penes fidem cuius est corda sanctificare. Secunda adueniat regnũ tuũ penes spem. cuius est regnũ expectare. Tercia fiat ꝛc̃. penes caritatem. cuius est volũtatẽ dei complere. Quarta panẽ nostrũ ꝛc̃. penes fortitudinẽ cuius est in aduersis ꝯfortare. Quinta dimitte nobis ꝛc̃. penes iusticiaz cuius est vnicuiqꝫ ius suuz reddere. Sexta ꝛ ne nos ꝛc̃. penes prudẽtiã. cuius est mala futura p̃cauere. Septima. sed libera ꝛc̃. penes temperantiã. cuius est a malis presentibus abstinere. ¶ Secundo notandum est ꝙ iste septẽ petitiones possunt donis ꝛ beatitudinibꝫ ꝯuenienter aptari. Uñ Augustinꝰ li. de sermone dñi in mõte eas aptando sic dicit. Si timor dei est quo beati sunt paupes spũ. petamus vt sanctificetur in hominibus nomẽ dei. timore casto p̄manente in seculũ seculi. Si pietas est. qua beati fiũt mites. petamus vt adueniat regnum eius. vt mitescamus nec ei resistamus. Si sciẽtia est. qua beati sunt qui lugent. oremus vt fiat voluntas eius. qꝛ sic nõ lugebimus si caro spiritui ꝯsentiat. Si fortitudo est qua beati sunt qui esuriũt et sitiunt iusticiã. oremus vt detur nobis panis quo ad iusticie sacietatẽ p̄ueniamus. Si consiliũ est quo beati sunt misericordes. dimittamus et nobis dimitti oremus. Si intellectus est quo beati sũt mundo corde. qm̃ ipsi deum videbũt. oremus non induci in tentationẽ. que ex immundo corde p̄cedit. Si sapiẽtia est qua beati sunt pacifici quoniam filij dei vocabunt. oremus vt liberemur a malo. qꝛ liberatio facit liberos id est filios dei. Sic igitur vt dicit glosa p̃cibus laborandũ ẽ vt dona p̄cipiamus ex gratia. donis vero agendũ est vt veniamus ad merita ꝛ tunc beatitudo pro meritis est sperãda. Tercio notandũ est ꝙ predicte septem petitiones contra septem vitia capitalia possunt aptari. Prima petitio ꝯtra luxuriam. que non sanctificat sed polluit. Secunda contra auariciã que nõ regnũ dei nec diuitias celi sed terre cupit. Tercia contra accidiam. que voluntatem dei fieri non q̃rit. sed in ocio nihil facit. Quarta contra gulam. cui panis nõ sufficit. Quinta contra iram. que rancorẽ nõ dimittit. Sexta cõtra sup̃biam. que in tentationem inducit. Septima ꝯtra inuidiã que malũ alterꝰ querit. ꝛ de bono alterius sibi male facit. Et sic patet sufficientia huius orationis. vt sicut dicit glosa. nihil oĩno desit ꝙ hijs septem petitionibꝫ nõ ꝯtineatur. siue ad p̃sentem siue ad futuram p̄tineat vitam.

¶ Sed adhuc circa hanc orationẽ dñicam tria occurrunt dubia. Primũ est. qꝛ hec oratio nõ videtur sufficiẽs. ex eo ꝙ nõ docet orare p̄ inimicis. et tamen christus pro eis orare docuit Mat. v. Orate p̄ ꝑsequẽtibꝫ ꝛ calũniãtibꝫ vos. Et p̄ ꝯñs hec oratio nõ ꝯtinet omnia de q̇bꝫ est orandũ quare ꝛc̃. Pro huius dubij solutõne p̄mo notandũ est ꝙ non solũ pro nobis orare debemus. sed etiam pro alijs. iuxta illð Jaco. v. Orate pro inuicem ꝛc̃. Et ratio est. quia illud debemꝰ orãdo petere qð debemus desiderare. Sed desiderare debemus bona nõ solum nobis sed et alijs. qꝛ hoc p̄tinet ad rationem caritatis. Unde Crisost. su Mathe. Pro se orare necessitas cogit. pro altero vero caritas fraternitatis

hortaꝛ. Dulcior est autem ante deum ora
tio non quam necessitas transmittit. sed
quam caritas fraternitatis cōmendat.

Secundo notandū est ꝙ quia sicut di
ctū est. orare ꝓ alio caritatis est. ideo quā/
tum tenemur aliū diligere sic ⁊ tantum te
nemur ꝓ eo orare. Et ideo quia inimicos
diligere in generali est de ꝓcepto. in speci
ali aūt non est de ꝓcepto nisi ꝺm ꝓparatio
nē animi. vt scꝫ quis sit paratus etiā speci
aliter inimicū diligere ⁊ eum iuuare in ne
cessitatis articulo ⁊ si veniā petierit. sed in
speciali absolute inimicos diligere et eos
iuuare ꝑfectionis est. Sic etiā necessitatꝭ
est vt a cōmunibꝫ nostris orationibꝫ quas
ꝓ alijs facimus inimicos non excludamꝰ
ꝙ aūt specialiter ꝓ eis oremus ꝑfectōnis
est non necessitatis. nisi in aliquo casu.

Tercio notandū est ꝙ in oratōe dn̄ica
modo ꝑdicto scilicet in generali ꝓ inimi/
cis oramus. qꝛ in ea nō solū ꝓ nobis sꝫ ge
neraliter ꝓ omnibꝫ alijs petimus. ideo vt
supra dictū est nō dicimus da mihi. sꝫ da
nobis. nec dimitte mihi sed dimitte nobis
⁊ ita oramus nō solū nobis dimitti pecca
ta nostra. sed etiā omnibꝫ alijs non solum
amicis sed etiaꝫ debitoribꝫ. id est inimicis
nostris. ⁊ sic ꝓ salute omniū oramꝰ. quare
patet responsio ad illud dubium. Sed
ex hac responsione oriꝛ secundū dubium.
quia videꝛ ꝙ nō debeamus orare ꝓ omni
bus. quia ꝓ bonis non oportet orare. cuꝫ
ipsi pro seipsis orātes exaudianꝛ. ⁊ sic fru
stra pro eis ab alijs oraꝛ. Sꝫ ꝓ malis ora
re ꝓhibemur iuxta illud Hiere. vij. Tu er
go noli orare ꝓ populo isto. et nō obsistas
mihi quia nō exaudiā te. ⁊c̄. Similiter in
scriptura sacra ꝯtra malos ⁊ ꝓcipue ꝯtra
inimicos mlt̄e maledictiōes impꝛcanꝛ. iux
ta illud psalmi. Conturbenꝛ oēs inimici
mei ⁊c̄. Igiꝛ ꝓ illis nō est orandꝫ. quare
⁊c̄. Ad istud dicendū est ꝙ ꝓ peccatori
bus est orandū vt ꝯuertanꝛ. ⁊ ꝓ iustis vt
ꝑseuerent ⁊ proficiant. tamē nō pro omni
bus peccatoribꝫ exauditur oratio. sed pro
q̄busdam. Exaudiꝛ enim oratio pro ꝑde/
stinatis. nō aūt pro ꝑscitꝭ ad mortem. Vn̄
j. Joh. v. Qui scit fratrē suū peccare pec/
catū non ad mortē oret. et dabit ei deꝰ vi/
tam. Et subdit. Est aūt peccatū ad mortē
non pro illo dico vt oret quis. Sed quia
non possumus distinguere ꝑdestinatos a
reprobis. ideo nulli in vita ꝑsenti est dne/
gandū orationis suffragiū. Et sic pro oi/
bus generaliter est orandū. Secundo
dicendū est ꝙ pro iustis est orandū tripli
ci ratione. Primo quia multoꝝ preces
facilius exaudiunꝛ. Vn̄ Ro. xv. sup illud
Adiuuetis me in oratiōibꝫ vestris dic̄ glo
sa. Vn̄ rogat apl'us memores ꝓ se orare.
Multi em̄ minimi dū cōgreganꝛ vnani/
mes fiunt magni. ⁊ multoꝝ ꝓces impossi
bile est nō impetrare illud scilicꝫ quod est
impetrabile. Secūdo vt cū multꝭ gra
tia agaꝛ deo de beneficijs que ꝯfert iustis
que etiam in vtilitatē multorū vergūt. vt
patet. ij. Coꝝ. j. Tercio vt maiores nō
non suꝑbiant dū ꝯsiderant se minorū suf
fragijs indigere. Ultimo dicendū est
ꝙ licet ꝓ malis etiam inimicis sit orandū
tamen in scriptura quandoqꝫ eis maledi
ctiones imprecanꝛ. Sed iste quatuor ꝑ/
cationes quadrupliciter possunt intelli/
gi. Uno modo vt non optando sed ꝑdicē
do intelliganꝛ. Nam prophete solēt sub fi
gura imprecantis futura ꝑdicere. vt dicit
Augustinus li. de ser. dn̄i in monte. Se/
cundo prout quedam tēporalia mala pec
catoribus quandoqꝫ a deo ad eorū corre
ctionem infliguntur. Tercio quia intelli
guntur petere nō contra ipsos homines.
sed contra regnū peccati. id est non cōtra
hominū naturā sed contra culpam. vt sci
licet correctione peccatum destruaꝛ. ⁊ sic
etiam licitum est inimicos impugnare et
tēporalia mala eis inferre. Sic etiā san/
cti vindictam de inimicis optant ⁊ q̄rūt.
iuxta illō Apocal'. sexto. Usqꝫquo nō vin
dicas sanguinē nostrū ⁊c̄. Unde dic̄ Au/
gustinus ꝙ vindicta martyrū est vt euer/
tatur regnū peccati. quo regnante tāta ꝑ/
pessi sunt. Quarto iste imprecatōes fiunt
a sanctis conformādo volūtatē suam vo/
luntati diuine circa punitionē ꝑseueran/
tium in peccato. et sic etiam letantur san/
cti de vindicta. non ꝓpter seipsaꝫ sed pro/
pter diuinam iusticiā. Juxta illud psalmi
Letabiꝛ iustus cū viderit vīdictaꝫ. Et sic
patet non obstantibꝫ istis qualiter pro oi/
bus tā bonis q̄ꝫ malis generaliter est orā/
dum. Sed adhuc est tercium dubiū.
quia videtur ꝙ oratio dn̄ica nō cōueniat
oibus ex eo. s. ꝙ nō cōuenit peccatoribus
nā in ea dr. dimitte nobis ⁊c̄. sic ⁊ nos ⁊c̄.

71

Hoc aūt peccatores non faciunt. ergo vł
mentiunᷣ hoc dicendo. ⁊ sic nō sunt exau
ditione digni. imo sic orādo peccāt nouo
peccato. Uel si hoc nō dicāt. nō exaudiū/
tur. q꞉ non seruant formā orandi institu/
tam a xp̄o. d̾ qua dicit Crisost. sup̄ Mat.
ꝙ pater libenter nō exaudit orationē quā
filius nō dictauit. Ad hoc dupl'r p̄t re
sponderi. Uno modo ꝙ multi sunt pecca
tores q̇ peccata aliȷ̈s dimittūt. ideo ipi orā
tes exaudiunᷣ. Juxta illud Ecclesiastici.
xxviij. Relinq̄ ꝓximo tuo nocēti. ⁊ tūc de
p̄cāti tibi peccata soluenᷣ. De illis v̾o pec
catoribꝫ qui hoc nō faciūt sed odiū ⁊ ran
corem ꝯtra ꝓximuȝ retinent sicut iracūdi
⁊ inuidi. locū haberet illud qd̾ concludiᷣ
scȝ ꝙ oratio dn̄ica nō eis ꝓficit imo nocet
sicut supra dictū est. etiā quia mentiendo
nouū peccatū ꝯmittūt. saltem dū illā pe/
titionē dicūt. quare vt supra tactū est. con
sultius illā clausulā tacerent. Alio mō
potest dici ꝙ oratio dn̄ica proferᷣ ex ꝑso/
na ꝯmuni totius ecclesie. Et ideo si aliq̈s
nolens dimittere debita ꝓximo dicat ora
tionē dn̄icā nō mentiᷣ. q̄uis illud qd̾ dic̄
non sit verū q̄tum ad ꝑsonaȝ suam. q꞉ est
verū q̄tum ad ecclesiā. Unde nō dicit si/
cut ego dimitto sed sicut nos dimittimus
qd̾ ad pluralitatem ecclesie potest referri
q꞉ tamē talis licet sit de ecclesia q̄tum ad
numerū. nō est tn̄ de ecclesia q̄tum ad me
ritum. ideo fructu orationis caret. Et sic
patet duplex responsio ad istud dubiū. vl
tima tn̄ mitior est q̄ȝ prima. Et hec suffici/
ant de oratione dn̄ica

Unc v̾o postq̄ȝ de oratōne dn̄ica
n dictū est specialiter. cōseq̄nter cir
ca materiā de oratione aliq̄ querē
da sunt general'r. Unde sicut de oratione
ꝓut de ea ad dyalecticū ꝑtinet considerare
queri solet q̄ qualis ⁊ quanta. sic de orati
one ꝓut de ea theologus considerat que/
ri potest q̄ sit eiꝰ diffinitio. qualis sit eiꝰ cō
ditio. et quanta sit eius ꝑfectio. et ſᷣm hoc
tractabunᷣ hic tres q̄stiones p̄ncipales.

Prima de orationis quidditate ⁊ eius
diffinitione. Secūda de eius qualita/
te ⁊ eius conditiōe. Tercia de ipsiꝰ q̄n/
titate ⁊ eiꝰ ꝑfectiōe. De prima.

Uantū ergo ad primuȝ p̄ncipale in
quo videndū est de orationis q̇ddi/
tate ⁊ diffinitione. queriᷣ Utrū bene diffi
niaᷣ oratio. dicendo ꝙ est petitio decenti/
um a deo. Et videᷣ ꝙ non. Primo q꞉ peti
tio fit alicui vt ei intimemus illud quo in
digemus. vel vt ipsius animū flectamꝰ ad
illud faciendū quod petimus. Sed neu/
trū istoꝝ cadit in deo. quia sine nostra in/
timatiōe scit oīa quibus indigemus. Nā
sicut diciᷣ Math. vj. scit em̄ pater vester.
quia his indigetis. Quia etiā animꝰ di ē
īmutabilis. nec vlla nostra actōne flectiᷣ.
sicut patet. j. Coꝝ. xv. Igiᷣ ⁊c̄. Secun
do. quia ſᷣm hanc diffinitionē solus deus
esset orandus. hoc tn̄ est falsum. q꞉ non so
lū a deo sed etiā a sanctis in orationibꝫ no
stris decentia petimus. Tercio. q꞉ hec
diffinitio non ꝯuenit oībꝫ oratōis ꝑtibus
Nam ſᷣm apl'm. j. Thi. ij. Tres sunt ora/
tionis ꝑtes. scȝ obsecratiōes. postulatōes
⁊ grāꝝactiones. Sola aūt postulatio no
mine petitiōis significaᷣ. quare ⁊c̄. Op
positū patet ꝑ Damascenū li. iij. qui dicit
ꝙ oratio est petitio decentiū a deo.

Juxta materiā triū argumētoꝝ aā op/
positū. tria sunt hic p̄ncipaliter ꝯsideran
da. Quantū ad primū Primo notādū est
ꝙ triplex fuit circa orationē antiquorū er
ror. Unus ꝙ res humane non regunᷣ di
uina ꝓuidentia. ex quo sequiᷣ ꝙ vanū sit
deū orare. Secūdus fuit ꝙ oīa etiā in re
bus humanis ex necessitate eueniūt. siue
ex immutabilitate diuine prouidētie. siue
ex necessitate influentie stellaꝝ. siue ex cō/
uentione ⁊ ꝯnexiōe cāꝝ. et ſᷣm hoc etiā ex
cludiᷣ oratiōis vtilitas. Terciꝰ error fuit
ꝙ q꞉ res humane diuīa ꝓuidentia regun
tur. nec tn̄ d̾ necessitate eueniūt. Jō opor
tet dicere diuinā ꝓuidētiā mutabilē ⁊ va/
riabilē esse. ⁊ ꝙ oratiōibꝫ ⁊ aliȷ̈s q̄ ad diui
nū cultū ꝑtinent dispositio diuine ꝓuidē
tie īmutatur. Presupposito ergo ꝙ hec fal
sa sunt ⁊ fidei christiane aduersa. oportet
sic oratiōis vtilitateȝ saluare. vt neq̄ rebꝫ
humanis diuine dispositioni subiectis ne
cessitas imponaᷣ. nec etiā diuina ꝓuiden
tia mutabilis aut variabilis estimetur

Pro quo secundo notandum est ꝙ ex
diuina prouidentia non solum disponi/
tur qui effectus fiant. sed etiam ex quibꝫ
causis et quo ordine proueniant. Inter
alias autem causas actus humani sunt q̄
rundam effectuum cause. Unde opor
tet homīes aliqua agere. sicut deuȝ orare

vel adorare.nō vt ꝑ tales actus diuinā di
spositionē immutēt.sed vt ꝑ hmōi act⁹ im
pleant quosdā effectus ꝭm ordinē a deo di
spositū.Et ideo patet ꝙ nō ꝓpter hoc ora
mus seu a deo aliq̇d petimus vt diuinam
dispositionē immutemus.vł eius animū
flectamus.sed vt illud impetremus.ꝛ no/
stris oratōnibꝫ mereamur qđ deus dispo
suit ꝑ oratiōes esse implendū.vt scꝫ hoīes
postulando mereant̄ accipe qđ eis oīpo/
tens deus añ secula disposuit donare.sic
dicit Grego.libro ꝑmo dyalogorum.

Tercio notandū ꝙ deo orationes ꝛ pe
titiones nostras non ideo porrigim⁹ vt ei
nostras indigētias vł desideria manifeste
mus.sed vt nosipsi considerem⁹ in his ad
diuinū auxiliū esse recurrendū.nā de⁹ scit
q̇d nobis sit vtile.qđ q̄nq꞉ ꝛ sepius ignora
mus Et ideo sicut refert Ualerius maxi/
mus.Socrates nihil vltra petēdū a dijs
immortalibꝫ arbitrabat̄ q꞉ vt bona tribu
erent.qꝛ hij scirent q̇d vnicuiq꞉ esset vtile
Nos aūt plerūq꞉ id votis expetim⁹ qđ nō
impetrasse melius foret.Hec aūt sn̄ia so/
cratis vera est q꞉tū ad illa bona q̄ pn̄t ma
lum euentū habere.q̇bꝫ etiā homo p̄t bn̄ ꝛ
male vti.sicut sunt diuitie. de q̇bꝫ ibidem
dicit̄.ꝙ multis exitio fuerunt honores q̇
plures pessundederūt.regna quoꝝ exitus
sepe miserabiles cernunt̄.splēdida coniu
gia q̄ nonnunq꞉ fundit⁹ domos euertunt
ꝛ ita de similibꝫ Sed tn̄ sunt quedā bona
q̇bus homo male vti nō potest.q̄ etiā ma
lū euentū habere nō pn̄t.hec aūt sunt illa
q̇bꝫ beatificamur.ꝛ q̇bꝫ beatitudinē mere
mur.ꝛ ista absolute petere possum⁹.iuxta
illud psal.Ostende faciē tuā ꝛ salui erim⁹
Et iterū.Deduc me in semitā mādatorū
tuoꝝ.Nam ista petēdo q̄ ad salutē nostrā
ꝑtinent scimus nos volūtatē nostrā ꝯfor
mare volūtati diuine.Que sicut dic̄ apo/
stolus.j.Thi.ij.Uult oēs hoīes saluos fi
eri.Alia aūt bona nō debemus petere ab
solute.sed solū ꝯditionaliter.sub ꝯditōne
scilicꝫ diuine volūtatis ꝛ inq꞉tuꝫ sunt vti
lia ad salutem Sola ergo talis petitio de
bet dici petitio decentiū.ꝛ talis est oratio
omnis aūt alia magis est execratio.Et sic
patet qualiter oratio est petitio qua de⁹.s.
honorat̄.ꝛ ꝓpter quid est petitio.quia non
vt deus de nostris indigētijs instruat̄ vel
vt eius animus flectat̄.sed vt illud qđ no
bis dare disposuit nostris petitionibꝫ im
petret̄.ꝛ etiā patet quorū sit petitio scilicꝫ
decentiū.id est illorū in quibꝫ nostra sal⁹
cōsistit.vel per q̄ ꝓcurat̄ ꝛ acquirit̄.Et sic
patet responsio ad primū. Quantū ad
secundū in quo videndū est a quo fiat hu
iusmodi petitio.scꝫ vtrum a solo deo.ꝛ vi
det̄ ꝙ sic.qꝛ frustra porrigit̄ oratio ad euꝫ
q̇ orationē nō ꝯgnoscit.sed soli⁹ dei ē ora/
tionē cognoscere.tum quia plerūq꞉ oratō
magis agitur interiori actu quē solus de
us cognoscit q꞉ voce Iuxta illud.j.Coꝛ.
xiiij.Orabo spiritu orabo ꝛ mente.Tum
etiam qꝛ vt dicit Augusti.in libro de cu/
ra ꝓ mortuis agenda.nesciūt mortui etiā
sancti quid agant viui.etiā eoꝝ filij.Igit̄
ꝛc̄.Sed oppositū seruat ecclesia que san/
ctos orat.Igit̄ ꝛc̄. Ad hoc breuiter di
cendū est ꝙ oratio porrigit̄ alicui dupli/
citer Uno modo quasi ꝑ ipsum implēda.
Alio modo tanq꞉ ꝑ ipm̄ impetranda.Pri
mo mō soli deo orationeꝫ porrigimus.qꝛ
omnes orationes nostre ordinari debent
ad gratiā ꝛ gloriā cōsequendā.que solus
deus dat.Iuxta illud psal.Gratiā ꝛ glori
am dabit dominus.Sed secūdo modo
orationē porrigimus sanctis hominibꝫ et
angelis.non scilicet vt per eos deus no/
stras petitōes cognoscat.sicut posuit apu
leius in libro suo de deo socrat̄.sed vt eo
rum precibus ꝛ meritis orationes nostre
sortiant̄ effectum Ideo dicitur Apocali.
viij.Ascendit fumus aromatū id est orati
ones sanctorū de manu angeli coram do
mino. Ad argumentū autē in opposi
tum dicendū est ꝙ mortui ea que in h̄ mū
do agunt̄ non cognoscunt naturaliter et
precipue interiores motus cordis.sed vt
dicit Gregorius.xij.morał.beatis in ver
bo manifestatur illud quod decet eos co
gnoscere de his q̄ circa nos agunt̄.maxi/
me autē eorum excellentiā decet vt ꝯgno
scant petitiones ad eos factas vł voce vł
corde.Et ideo sanctos adhuc viuētes vł
in purgatorio existētes nō oramus.qꝛ nō
dū fruunt̄ visione verbi.vt possint ꝯgno/
scere ea q̄ cogitam⁹ vel dicimus.sed beat̄
oratōes nostras porrigim⁹.tamē soli deo
petitionē facimus q꞉tum ad finē oratiōis
principalem.scilicet vt impleatur qđ pe/
timus.ꝛ sic intelligit damascen⁹ ꝙ oratio
ē petitio decētiū a deo.Et hec de secudo.

Quantum ad tertium in q̄ videndū de
tribus orationis ꝑtibꝫ que sunt ꝓm apl'm
obsecratōes. postulationes et gratiaꝝacti
ones Sciendū est ꝙ ad oratione͂ tria req̄
runtur. quorū primū est vt orans spūali/
ter ascēdat ad deum que͂ orat. quod signi
ficatur noīe oratiōis. quia oratio ꝓm Da
mascenū est ascensus intellectus in deum
Secūdo requirit᷑ petitio. que significa
tur nomīe postulationis siue supplicatōis
Tercio req̄ritur ratio impetrādi qđ pe
titur. ⁊ hoc vel ex parte đi a quo petit᷑. vel
ex parte illius qui petit. Rō aūt impetran
di ex parte dei est eius sanctitas ꝓpter quā
petimus exaudiri. iuxta illud Daniel'. ix.
Propter temetipsum inclina deus meus
aure͂ tuaꝫ. Et ad hoc ꝑtinet obsecratio q̄
est per sacra contestatio. sicut cū dicimus
per incarnatione͂ tuā libera nos domine.
Ratio aūt impetrandi ex parte petētis
est gratiarūactio. quia de acceptis benefi
cijs gratias agendo meremur accipe po/
tiora. Et ideo dicit glosa. j. Thi. ij. ꝙ ī mis
sa obsecrationes sunt que p̄cedunt conse
cratione͂. in quibꝫ q̄dam sacra ꝯmemoran
tur. Orationes aūt sunt in ipsa cōsecratō
ne in qua mēs debet maxīe eleuari in deū
Postulationes ꝟo sunt in sequentibꝫ peti
tionibus. sed grãrūactiones sunt in fine.
Ex his ergo patet ꝙ obsecrationes. po
stulationes ⁊ graꝝactiones. nō sunt orati
onis ꝑtes subiectiue. ideo non oportet ꝙ
diffinitio oratiōis conueniat cuilibet ha/
rū ꝑtium. Sed sunt ꝑtes integrales ex q̄
bus componit᷑ oratio ꝑfectissime sumpta
tm̄ oratio p̄ncipaliter ꝯsistit in ipsa postu/
latione seu petitione. ideo bene diffinit᷑ ꝙ
est petitio decentiū a deo. sicut patet ex di
ctis. Et sic apparet responsio ad terciū ar
gumentū. Et hec de prima p̄ncipali que/
stione.

De secundo p̄ncipali.

q Uantū ad secundū principale in
quo videndū est de orationis q̄li
tate ⁊ eius cōditione. Sciendum
est ꝙ ad debitam ⁊ deo acceptā orationeꝫ
quatuor ꝯditiones req̄runt᷑. Primo ꝙ sit
discreta in intentione. Secundo ꝙ sit de
uota in affectōe. Tercio ꝙ sit sancta ī oꝑa
tione. Quarto ꝙ sit certa in expectatione.
Prima ergo ꝯditio ad debitam oratio
ne͂ requisita est. ꝙ sit discreta in intentiōe.
Est aūt in intentione discretio si ad debi/
tum finem scꝫ ad beatitudineꝫ ordinetur.
Aliter aūt est indiscreta oratio. ⁊ đ tali di
citur Ja. iiij. Petitis ⁊ non accipitis eo ꝙ
male petatis. Unde quia tale͂ indiscretaꝫ
petitione͂ fecit mater filiorū zebedei. ideo
habuerunt repulsam. dicēte deo. Nescitꝭ
q̇d petatis ⁊c̄. Mat. xx. Juxta qđ queri
potest Utꝝ in oratōe bona tꝑalia discre/
te possimus petere. ⁊ videt᷑ ꝙ nō. q2 illa q̄/
rimus q̄ orando petimus. sed tꝑalia non
debemus q̄rere. iuxta illud Mat. vj. Pri
mū querite regnū dei et iusticiā ei⁹. et hec
oīa adijcient᷑ vobis. s. tꝑalia. Ubi sola spi
ritualia dicit esse q̄rēda. tꝑalia ꝟo adijcie͂
da nō querēti. Ibide͂ etiā ꝓhibet sollicitu
dine͂ tꝑaliū dicens Nolite solliciti esse q̇d
māducetis. ergo ꝓ tꝑalibꝫ habendis non
est orandū. Sed oppositū patet. quia ꝓ
tꝑalibꝫ orabat sapiēs Prouer. xxx. Diuici
as ⁊ pauꝑtate͂ ⁊c̄. sꝫ tm̄ victui meo tribue
necessaria. Ad hoc ergo respōdendū ē.
ꝙ sicut dicit Augustinus. orādo deū hoc
licet orare qđ licet đsiderare. Licitū ē aūt
desiderare tꝑalia non q̇dem p̄ncipalit᷑ q̄si
in eis finem ꝯstituamus. sed tanq̄ꝫ q̄dam
instrumēta quibꝫ ad ꝯsequendū beatitu/
dine͂ adiuuamur. inq̄ꝫtū scꝫ ꝑ ea vita cor/
poralis adiuuat᷑ ⁊ sustentat᷑. ⁊ inq̄ꝫtuꝫ no
bis ad actus virtutū deseruiūt. et isto mō
discrete oramus ꝓ tēporalibꝫ. Unde Au
gustinus dicit Sufficientiā vite nō inde
center vult. quisquis eā vult ⁊ nō ampli⁹
que quideꝫ nō appetitur ꝓpter seipsam sed
ꝓpter salute͂ corporū ⁊ ꝯgruente͂ habitum
ꝑsone hoīs vt nō sit incōueniens eis cum
quibꝫ viuēdū est. Ista ergo cū habent᷑ vt
teneant᷑. cū nō habent᷑ vt habeant᷑ orādū
est. Ad argumentū dicendū est ꝙ tempo/
ralia nō sunt querēda principaliter sed se
cundario Unde Aug⁹. libro de sermone
domini in monte. Cū dixit illud. scꝫ p̄mo
q̄rendū est regnū dei. significauit. q2 hoc
scilicet tꝑale bonū posterius querendum
est. non tꝑe sed dignitate. Illud tanq̄ꝫ bo
nū nostrū. hoc tanq̄ꝫ necessariū nostrum.
Nec ibideꝫ simpl'r ꝓhibet᷑ oīs sollicitudo
rerū tꝑalium. sed suꝑflua ⁊ inordinata. de
qua dicit apl's. Nihil solliciti sitis in ora/
tione. Phil'. iiij. quare ⁊c̄. Secunda cō
ditio ad debitam oratione͂ requisita est. ꝙ
sit deuota in affectiōe. Est aūt in affectiōe

deuotio si in deum pncipaliter eleuet᷑ ꝛ fi
naliter dirigat᷑ iuxta illud psal. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in ꝯspectu tuo
Unde valde ꝯuenienter incēso boni odo
ris ꝯparatur cuius fumus ante faciē dei
p̄sentatur. quia sicut incēsum nisi pri⁹ cō-
buratur in igne nō potest suauiter odora-
re. nec fumus eius in altum ascendere. sic
oratio nisi ardeat igne deuotionis nō pōt
bn̄ odorare deo. nec sursum ascēdere in ce
lum. Debet ergo oratio spūaliter ardere
ardore caritatis Suauiter redolere odo
re virtutis. Eminēter ascēdere vigore de
uotiōis. Sed iuxta hoc queri potest que
sunt illa ꝑ que in oratione pncipaliter im
peditur deuotio. Ad quod dicendū est ꝙ
tria sunt specialiter scꝫ vaga cogitatio. va
na occupatio. ficta ostētatio. Primo er
go deuotionē orationis impedit vaga co
gitatio. id est mentis euagatio qua scꝫ cor
nostrū ex infirmitate ꝛ fragilitate huma-
na ꝑ varias ꝛ vanas cogitationes. ꝛ qn̄qꝫ
sordidas ꝛ ad peccatū inclinantes fluctu
at ꝛ vagatur. qđ etiam viris ꝑfectis ꝯtin-
git. iuxta illud psalmi. Cor meuꝫ dereliq̄t
me. Secundo deuotionē impedit va-
na occupatio. qua scꝫ cor nostrū circa ter
rena occupat᷑ ꝛ celestia negligit. quod se-
pe viris secularibus cōtingit. qui licet in
ore habeant verba orationis. tamē in cor
de habent cogitatiōes vane occupatōnis
De quib⁹ dicit domin⁹. Populus iste la-
bijs me honorat. cor aūt eorum longe ē a
me. Contra quos dicit Jsidorus ꝙ ora-
tio. cordis est. nō labioꝝ. neqꝫ deus verba
sed orantis cor aspicit. Tercio deuoti-
onem oratiōis impedit ficta ostētatio. qn̄
scꝫ coram hominib⁹ oramus. ꝛ tūc facili-
ter ad vanam gloriā incitamur. ꝛ sic pleꝝ
qꝫ qđ ꝑ deuotionē incepimus ad nostraꝫ
ostentationē terminamus. Jdeo consulit
xp̄s in secreto orare dicens. Et cū oratis
nō eritis sicut ypocrite q̄ orāt vt videātur
ab hominib⁹. Tu aūt cum orauerꝭ intra
cubiculū tuū. ꝛ clauso ostio ora patrē tuū
ꝛc̄. Math. vj. Ubi dicit Crif᷑. ꝙ hoc ꝓpo
sito xp̄s vetat in cōuentu id est in publico
orare. vt a conuentu videamur. Et ideo
orando in publico nullā nouitateꝫ vł sin
gularitatē facere debemus. ꝑ quaꝫ hoīes
ad nos videndū moueant᷑. Nec tamen vt
Augustinus dicit in li. de sermone dn̄i in
monte Uideri ab hoībus nephas est. sed
ideo hoc agere vt ab homib⁹ videarꝭ. hoc
enim ꝯuenit ypocritis. Tercia cōditio
ad debitam orationē req̄sita est ꝙ sit san-
cta in operatione. Tūc em̄ sancta est ora-
tio cum ex bonis oꝑibus sanctificat᷑. Un̄
dicit scriptura. ꝙ bona est oratio cuꝫ ieiu
nio ꝛ elemosyna Tho. xij. Nam inter cete
ra opera virtuosa hec duo scilicet ieiuniū
ꝛ elemosyna orationē faciūt sanctā ꝛ deo
acceptam. Jđo dicit Jsidorus. Qui vult
orationē suā volare ad deū. faciat illi du-
as alas. scꝫ ieiuniū ꝛ elemosynā. Sic aūt
hec ꝛ alia opera bona orationē sanctificāt
sic oꝑa mala eam maculant. ꝛ ideo displi
centē efficiunt. Unde dn̄s dicit ꝑ ꝓphetā.
Cū multiplicaueritis orationes nō exau
diam. manus em̄ vestre sanguie plene sūt
ysa. j. id est oꝑa vestra peccatis maculata
sunt. Iuxta quod queri pōt. Utrū ora
tiones peccatorū aliquid impetrent apđ
deū. ꝛ videt᷑ ꝙ nō. quia Joh. ix. dicit᷑. Sci
mus quia peccatores deus nō audit. Et
Prouer. xxviij. Qui declinat aurē suā ne
audiat legem. oratio sua erit execrabilis.
Sed contra hoc dicit Aug⁹ sup Jo. Si
peccatores non exaudiret de⁹ frustra pub
licanus dixisset. dn̄e ꝓpicius esto mihi pec
catori. Et Crisostom⁹ dicit sup Mathe.
Omnis qui petit accipit. id est siue sit iu-
stus siue peccator. Ad hoc dicendū est.
ꝙ in peccatore duo sunt ꝯsideranda. scilꝫ
natura quā diligit deus. ꝛ culpa quā odit
Si ergo peccator orando aliq̄d petit in-
q̄ntum peccator. id est ꝟm desideriū pecca
ti. hoc a deo nō exaudit᷑ ex misericordia sꝫ
qn̄qꝫ auditur ad vindictā. dum scilicꝫ de
us ꝑmittit hominē amplius ruere in pec-
catū. Deus em̄ vt dicit Aug⁹ quedaꝫ ne-
gat ꝓpicius. quedaꝫ ꝯcedit iratus. Si ꝟo
oratio peccatoris ex bono desiderio natu
re ꝓcedat. deus ipsam audit. non q̄deꝫ ex
iusticia. quia peccator hoc nō meret᷑. sꝫ ex
pura misericordia. obseruatis tn̄ quattu-
or conditionib⁹. scꝫ vt pro se petat. ꝛ neces
saria ad salutē. ꝛ pie ꝛ ꝑseueranter. de q̄b⁹
postea dicet᷑. Ad illud ꝟo quod primo
obijcit᷑ dicendum est. ꝙ sicut dicit Augu-
stinus sup Johannē. illud verbuꝫ est ceci
nondum illuminati. ꝛ ideo nō est tenēduꝫ
in scriptura assertiue dictū. sed sicut reci-
tatum. potest tamē verificari si intelligat᷑
m

de peccatore inq̃ʒtuʒ est peccator. ⁊ sic etiã
iuxta aliam autoritatẽ eius oratio est exe/
crabilis. Quarta conditio ad debitam
orationẽ req̃sita est ꝙ sit certa in expectati
one. Tũc eñ efficaciter oramus cum fir/
mam fidẽ ⁊ certam spẽ habemus obtinen
di ⁊ impetrandi quod petimus. Vñ Ja.
j. dicit. Postulet aũt in fide nihil hesitãs.
Et hanc certam fiduciaʒ obtinendi illud
qd̃ oramus nobis dedit christus cum di
cit. Si quid petieritis patrẽ in noĩe meo
dabit vobis Joh. xvj. Illud ergo in nomĩe
suo id est in nomine iesu petere intelligi/
mur qd̃ ad salutem ptinet. quia Jesus he
braice latine saluator interp̃tatur. Vel il
lud in nomine suo petimus qd̃ ip̃e petere
p̃cipit. vel in quo voluntatem nostraʒ sue
volũtati cõformamus. ⁊ tũc secure petere
possumus Unde Augusti. Cum illa que
deus precipit petitis secure petite. quia p
picio deo ꝯcedunt. Sed cum petitis tem
poralia cũ modo petite. et cum timore illi
ꝯmittite. vt si psit det. si scit obesse nõ det.
Quid eñ prosit vl' obsit nouit medicus nõ
egrotus. Sicut nanq; contingit ꝙ egro/
tus sepe petit non illud qd̃ est sibi sanũ sed
contrarium ⁊ tũc bonus medicus nõ dat
ei quod petit. Egrotus ergo si sit bone obe
dientie medico voluntateʒ suam subĳcit.
Sic debemus facere deo. ⁊ tunc dat no/
bis quod est vtile Vñd̃. j. Joh. v. dicitur
Si petierimus ſm voluntatẽ eius dabit
nobis. Sed cõtra hoc dubitari potest. q̃r
aliq̃ iusti in gratia existentes ex debito mõ
orantes petunt vt beatitudinẽ assequant.
q̃ tamẽ non exaudiunt. sicut patet de p̃sci
tis ⁊ reprobis in gratia existentibus ⁊ ora
tionẽ dñicam dicentibus. ergo sic orãtes nõ
habent certã expectationẽ de illo qd̃ orãt
q̃r certitudo nõ est de falso. Jdeo ad ora/
tionẽ debitam nõ videt necessaria ista q̃r/
ta conditio. Ad hoc dicendũ est ꝙ cer/
ta expectatio obtinendi illud qd̃ in oratio
ne petimus non est intelligẽda cathegori
ce simpliciter sed ꝯditionaliter. scʒ si nõ p
nos stet. ita ꝙ ad hoc obicem nõ ponamus
⁊ isto modo etiã habere debemus speʒ de
beatitudine. scʒ si in bonis meritis pseue
remus. Et sic intelligi potest illa descrip/
tio spei. Spes est certa expectatio future
beatitudinis ex meritis p̃ueniens. Et hec
de secundo principali.

De tertio principali.

Quantũ ad terciuʒ principale in q̃
videndũ est de orationis quanti/
tate ⁊ eius pfectione. Sciendum
est ꝙ orationis pfectio principal'r ꝯsistit in
mente. eius aũt effectus apparet in voce.
iuxta illd̃ psal. Voce mea ad dñm clama
ui. Profectus aũt vtriusq; scilicʒ tam mẽ
talis q̃ʒ vocalis orationis est in mercede.
Unde dicit in psal. Et oratio mea in sinu
meo conuertetur. Et ideo quantitatẽ pfe
ctionis in oratiõe in tribus possumus cõ
siderare. Primo in mentis affectu. Se
cundo in vocis effectu. Tercio in merce/
dis profectu. Et iuxta hec tria possumus
hic triplicem q̃stioneʒ tractare. Prima
erit de quantitate orationis q̃ʒtum ad mẽ
tis affectum. Utrũ ad debitam ⁊ pfectaʒ
orationẽ requiratur mentis attentio con
tinua. Secunda erit de quãtitate ora
tionis q̃ʒtum ad vocis effectum. vtrũ scili
sequi ex inimicis nostris. Quibꝫ inimicis
Ex illis vtiqꝫ de quibus gemens canit ec
clesia. Mundus. caro. demonia diuersa
mouent p̄lia. Diuersis ergo et aduersis p̄
lijs hij inimici certant contra nos. Idō ve
re de hijs dicitur. Qui oderunt nos. Li/
cet enim sepe nobis blandiendo nos dili
gere videantur semꝑ tamen nos seducere
⁊ in eterne mortis interitū ducere nituꝛ
Ab hijs inimicis horrendis ⁊ magis om
nino formidandis quia familiares ⁊ ꝓdi
tores inimici. christus nos liberauit. quia
per sue incarnationis misteriū. nisi ꝑ no/
stre iniquitatis demeritū steterit. liberare
meruit. Sed quare hoc facere voluit.

⌊Ad faciendā inquit misericordiam cū
patribus nostris⌋Quasi diceret. ꝙ chri/
stus misterium incarnatiōis impleuit.nō
propter nostram iusticiā sed ꝓpter suā mi/
sericordiam quā patribus implendā pro
misit. Quomō aūt ⁊ ꝙꝫ infallibiliter ꝓ/
miserit cōuenienter subiungit dicens Et
memorari testamēti sui sancti.id est pacti
firmissimi.quod habuit cum patribꝫ vete
ris testamenti. Pacti inquā iurati de xp̄o
venturo.de quo testamento sancto ⁊ iure
iurando ad modū memorantis se habuit
quando pactū efficaciter adimpleuit.
Hoc aūt pactum exprimēs addidit.⌊Jus
iurandū quod iurauit ad abraam patrez
nostrū daturū se nobis⌋De hoc iuramē/
to in Gen̄.legiꝶ. Per memetip̄m iuraui di
cit dn̄s. O miranda dei dignatio.qꝛ iu
rauit dn̄s seruo suo. Cur ita Certe vt do
ceat seruū in omni fideli iuramento fide/
lem esse domiō suo. nec solum dn̄o sꝫ etiā
conseruo suo. Jurauit inquit ad abrahā
patrem nostrū. Patrē vtiqꝫ multarū gen
tium.in cuius semine id est in christo pro/
missum est ꝙ benedicenꝶ omnes gentes.
ideo sequiꝶ.daturū se nobis.Quasi dicat
Jurauit deus pater daturū se nobis deū
sibi consubstantialē filium.quod iuramē
tum in christo veraciter impletuz est.Sꝫ
quare iurauit deus christum daturꝫ se no
bis. ⌊Ut inq̄t sine timore de manu ini/
micorū nostrorū liberati seruiamus illi⌋
O grandis exultatio. Laqueus ꝯtritꝰ est
⁊ nos liberati sumus. A christo ꝯtritus ⁊
confractus est laqueus mortis. ac ideo li
berati sumus ab inimicis nostrꝫ. Sed q̄/
re liberati Ut sine timore seruiamus illi.
Certe finis omnis diuini p̄cepti est amor
dei. vt sine seruili timore seruiamus illi in
vera caritate. Seruilis timor fuit in ob/
seruantia legis moysi.dei amor est in ob/
seruantia legis christi.in qua ꝑfecta cari/
tas foras mittit timorem ⁊ sp̄ualem indu
cit libertatem.qua libertate de manu ini
micorū nostrorū christus nos liberauit.

Audiuimus zachariā exultantē in lau
dibus christi nostri saluatoris. audiamus
iam eum exultantem in laudibus Johā/
nis sui p̄cursoris.et in primis attendamꝰ
congruā huiꝰ ordinis rationē. Scimus
em̄ qꝛ iohannes interp̄taꝶ in q̄ est grā. nec
ignorare debemus qꝛ grā diciꝶ,q̄si a deo
gratis data. Merito ḡ pr̄ hunc filiū a do
sibi gratis datū esse recognoscens p̄us ex
ultauit in dn̄o a q̄ est grā ꝙꝫ de famlo in q̄
est grā. Unde etiā in filio nō tam naturā
ꝙꝫ gratiam recōmendans exultās ait.

⌊Et tu puer propheta altissimi vocabe
ris⌋Quid ais O zacharia quid ais. Cur
nondū loquentē pueruz alloqueris. Cur
ad puerū nondū intelligentē sermonē di/
rigis. Et tu puer inq̄s ꝓpheta altissimi vo
caberis. An forte diuina inspiratione co
gnoscis ꝙ puer iste vt aliq̄ estimant patrē
ad se loquentē intelligebat sp̄uali virtute
sic de Elyzabeth matre eius scribiꝶ. ꝙ vt
audiuit salutationē Marie exultauit in/
fans in vtero eius quasi ꝯgaudens ad p̄/
sentiam saluatoris.qđ ꝭm Augustinū du
obus modis pōt intelligi. Uel ꝙ Johan
nes nondū natus ꝑ sp̄ūmsanctuz cogno/
sceret christum p̄sentem in vtero ꝟginis.
⁊ ꝭm hoc in eo acceleratus fuisset vsus ra
tionis. Uel ꝙ infans nondū cognosceret
p̄sentiā saluatoris.sed mater eiꝰ motu di/
uine inspiratiōis.illa tn̄ motio et pueri ex
ultatio facta est a deo ad declarationē san
ctitatis virginis et prolis in ea existentis.
Unde licet Augꝰ neutꝝ horū modoꝝ de
terminate asserat. dicit tn̄ ꝙ siue hoc. siue
alio mō facta fuerit ista exultatio. oīno at
tribuēda ē diuiō miraculo. Sic ḡ possu/
mꝰ etiam dupl'r ītelligere p̄rēz loq̄ntē ad
pueꝝ. Uel tanq̄ꝫ iā virtute diuina intelle
ctu ⁊ ratione vtentē Uel ꝙ ei loquebatur
nō quasi iā rōne vtens intelligeret. sed vt
alios rōne vtentes de misterio incarnati/
onis xp̄i.cuius puer iste ꝓpheticus p̄cur/
sor futurus erat informaret. Ait itaqꝫ Et
tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. Ubi
merito queriꝶ quō pater nasciturū pueꝝ
ꝓphetā vocat. ⁊ tn̄ natus filius postea se ꝓ
phetam esse negat. Sed absit vt patri fili
us cōtradicat. Hec autē questio citiꝰ sol/
uiꝶ si responsio iohannis ad querentium
intentionē referaꝶ. Johannes quippe ne
gans se esse ꝓphetā ꝭm ꝓpositū interrogan
tiū verū respōdit. Querebāt em̄ si vnꝰ eēt
de antiq̄s ꝓphetis.q̄si ex eis aliq̄s in iohā
ne resuscitatus fuisset vt helyas vel hely/
zeus vel alius hmōi. Et qꝛ ꝭm veritatem
nullus đ eis erat.se hmōi ꝓphetā esse vera
citer negauit. Sunt tn̄ q̄ dicunt ideo Jo
hannē se esse ꝓphetaz negasse vt se nō solū

80

esse ꝓphetam. sed plus ꝙ̃ ꝓphetã tacite esse
innueret. Sed ꝙ ipse Johannes vere
ꝓpheta fuerit altissimi. sequentia verba de
signant. Preibis em̄ ante faciẽ dñi para/
re vias eius. In quibus verbis si ea dili/
genter notemus. alia inueniem⁹ misteria.
Preibis inq̄t. q̄si diceret. nuncius et p̄cur
sor eris añ faciem domini. Cui⁹ dñi. Illi
us vtiq3 de quo p̄missum est. vocaberis ꝓ/
pheta altissimi. Cuius altissimi Certe cu
ius sancte ⁊ indiuidue trinitatis patris et
filij ⁊ spũssancti. quoꝝ quilib3 altissimus
est dñs. nec tñ tres altissimi sed vnus altis
simus. Possumus ergo intelligere Jo
hannẽ esse ꝓphetam ⁊ nunciũ totius altis/
sime trinitatis. quia a qualibet trinitatis ꝑ
sona testimoniũ habuit sanctitatis.

Habuit a patre testimoniũ. q̇ ꝑ Mala
chiã ꝓphetam vocat eum angelũ suũ. id ẽ
nuncium suũ. Ecce inquit ego mittã an/
gelũ meum et p̄parabit viam ante faciem
meã Angelus em̄ nomen est officij nostre
nature. ideo Johãnes dicit̃ quia angelo/
rũ officiũ multipliciter exercuisse ꝓbatur

Habuit insuꝑ a filio testimoniũ. qui in
multis eum mirabiliter cõmendauit. ⁊ ibi
specialiter vbi ait. Inter natos mulieru3
nõ surrexit maior Johãne baptista. Ab
illo itaq3 verbo ꝓnunciata sunt Johãnis
p̄conia ꝑ quod fundata est arida. condita
sunt elementa. ⁊ mouent̃ sydera. Habu
it deniq3 a spũsancto testimoniu3 qñ ipso
inspirante zacharias ait. Tu puer ꝓpheta
altissimi vocaberis. id est dĩ altissimi. sum
me videlicet ⁊ ineffabilis trinitatis.

Possumus tñ hic nomẽ altissimi nõ in
conuenienter intelligere specialiter perso
nã dei filij. q2 subditur. Preibis em̄ añ fa
ciem dñi. id est ante filiũ qui est facies ⁊ si
militudo dei patris Per faciẽ em̄ s̓m gre
goriũ noticia designat̃. Illa ꝟo que in di/
uinis ad noticiã ꝑtinent filio appropriant̃
Uñ s̓m ap̄l̓m christus sapiẽtia dei ⁊ yma
go dicitur. Preibis ergo ante faciem dñi.
Sed ad q̇d p̄ibis Parare inquit vias ei⁹
Quas vias eius. Certe mł̓te sunt vie do/
mini. Sunt em̄ vie p̄ceptoru3. sunt et vie
consilioꝝ. ⁊ he multipharie. Est quippe
via arta voluntarie pauꝑtatis Est via ar
tior ꝯtinẽtie ⁊ castitatis. Est via artissima
obedientie ⁊ summe humilitatis. Has ḡ
vias dñi quas christus principaliter do/
cuit Johãnes christi p̄uius non solum p̄
dicationis sed etiam exemplo sanctissime
cõuersationis dño p̄parauit. Sed ad q̇d
parauerit vias eius recte subditur

Ad dandã inquit scientia3 salutis ple/
bi eius id est ad annunciandũ salutẽ cõ/
ferendam per christum. in remissionẽ pec
catorũ eorũ. Quia ꝟo hec remissio confe
renda est a christo nõ ex iusticia nostra. s3
ex misericordia sua. Jdõ sequit̃. Per
viscera misericordie dei nostri in q̇b9 visi/
tauit nos oriens ex alto Et bene ait ꝑ vi
scera misericordie. id ẽ ꝑ interiorẽ ⁊ occul
tã dei misc̃diam eternaliter in archano di
uini consilij secreto p̄ordinatam ⁊ ꝑ chri/
stum nobis t̄ꝑaliter exhibitam. In q̇bus
videlic3 misc̃die visceribus visitauit nos
oriens ex alto. O mira ⁊ optãda visitatio
quia christus visitauit nos oriens ex alto
id est ex sinu patris altissimoq3 diuinitatis
consilio t̄ꝑaliter ortus in mundo. Hu/
ius autem diu optate visitatiõis effectus
sequit̃ Illuminare his qui in tenebris
sedent id est p̄rib9 in limbo tunc existenti
bus. quos christus illũinauit qñ post re/
surrectionẽ ꝓ eoꝝ liberatõe ad inferna de
scẽdit. Nec solũ illis xp̄s illuxit sed etiã il
lis q̇ sedent in vmbra mortis. id est adhuc
viuẽtib9 in hoc mũdo. q̇rũ vita quasi q̇dã
est mortis vmbra. quos tamen ip̄e per or
bem vniuersum sua suorũq3 discipuloꝝ
illuminauit doctrina. Sed ad quid illu/
minauit Ad dirigendos inq̄t pedes nr̃os
in viam pacis Hoc est q̇d ait psal. Lucer
na pedib9 meis verbũ tuum. q2 videlicet
doctrina xp̄i qui est eternum dei verbum
lucerna est ad dirigẽdos pedes nr̃os. id ẽ
affectus nostros in viã pacis. Sed q̇d
est q̇d hic singulariter dicit̃ in viam pacis.
cum supra pluraliter dictũ sit. preibis pa
rare vias eius. Sane hoc idõ. quia cum
plures sint vie domini. omnes tñ in vnã
tendunt viam pacis. Illius videlicet pa
cis eterne id est finalis obdormitionis in
deum. et in in idipsum. hoc est in eum cui
soli vere dicitur Tu semꝑ idem ip̄e es cõ
summate quietis. quam optãdo canebat
psalmista. In pace in idipsum dormiam
⁊ requiescam. Ad quam nos dirigat qui
est benedictus in secula Amen.

Explicit de cantico zacharie.

Sequitur tractatus magistri Petri ꝺ
Aillyaco de cantico iusti Symeonis.

Prologus.

a Ccedit ulti/
mo cantici Symeonis.
cuiꝰ deuota meditatio pri
mo huius operis causa et
occasio fuit. Nam quia se/
nex iste mortiqꝫ ꝓpinquus hoc canticū edi
dit. Ideo senex ego ⁊ ꝓpinquā mortem ex/
pectans incertus. in huius expositiōe cā/
tici senectutis mee laborē impendere stu/
dui. ⁊ in tanti misterij contemplatiōe pau
lisper quiescerē. vtinā finaliter in pace in
idip̄m feliciter obdormire. Hoc itaqꝫ cā/
ticum ꝑuum quidem est in verbis sed ma
gnū in sententijs. Unde ꝓ ipsius alta pro
funditate faciliꝰ penetranda nobis est bre
uis hystorie narratio p̄mittēda. Sicut ꝫ
refert Lucas euangelista. Postqꝫ imple/
ti sunt dies purgationis Marie id est q̄/
draginta dies a christi natiuitate. tulerūt
puerū Jesum in hierusalem vt sisterēt eū
domino. id est vt eum in templo offerēdo
domino p̄sentarent. O mira virgis hu
militas que semp puriſſima fuit. legē pu/
rificationis ad quā non tenebatᷣ obserua
re voluit. sicut ⁊ eius filius legem circum
cisionis ⁊ alia legalia ex humilitate serua
re dignatus est. Unꝺ ⁊ dederunt hostias
ꝓ eo par turturū aut duos pullos colum
barū. Insuper redimerūt eum quinqꝫ si
clis argenti. Tunc ꝟo erat in hierusalē
Symeon senex homo iustus ⁊ timoratus
qui respōsum accepat a spūsancto non vi
surum se mortem nisi videret ꝑus christū
domini id est xp̄m dn̄m. quem vocat chri
stum dn̄i quia cum vere credidit filiū dei
Ipse ergo senex eodem spūsancto repletꝰ
venit in templū. quia ꝑ reuelationem co
gnouit q̄ ipse videret christum sicut erat
ei ꝓmissum. et tunc accepit puerū Jesum
in vlnas suas. O magnum cordis gaudi
um. Sicut em̄ spes q̄ differtᷣ affligit aīaꝫ.
sic vt sapiens ait desiderium si cōpleatur
delectat animā. Quid ergo mirꝫ si gaudet
senex diu desideratū puerū oculis vidēs
⁊ brachijs tenens. qui tamen nisi a puero
oculis sue misericordie viderētᷣ. nisi a pue
ro in brachijs sue potentie tenerētᷣ regerētᷣ
⁊ sustentarētᷣ. mox diuino ꝺfectus auxilio
rueret ⁊ in nihilū redigeretᷣ. Hoc itaqꝫ hu
militer recognoscēs benedixit deum. et ꝓ
tanto beneficio gratias agens dixit

Explicit ꝓlogus Incipit canticum
Symeonis.

n Unc dimittis
seruum tuum domine scd̄m
verbū tuum in pace ⌋ Alloq̄
tur seruus dominū. ⁊ exēplo
Marie que hūilitatis magistra se ancil/
lam noīat. Symeō iustꝰ ⁊ timoratꝰ se hu/
militer seruū vocat. Sed attēdite q̄lis sit
iste seruus Sane talis est seruus iste qua
lis illa ancilla. quia nec iste nec illa timo/
re seruili sed amore filiali dn̄o seruiebat.
Cuius rei gratia multiplicē timorē poſſu
mus distinguere. Seruilē. mundanū. ini
cialē. finalē. Seruilis timor est ſm̄ Hu/
gonē ꝓ euitāda pena abstinere a malo re/
tenta voluntate mala. Mūdanus ꝟo ti/
mor est ꝓ euitanda pena abstinere a bono
retēta volūtate bona. Inicialꝭ timor est ꝓ
euitanda pena cū ꝑuerso opere etiam pra
uas cogitationes resecari. Finalis timor
est bono firmiter adherere. quia illud no/
lis amittere. Ex hijs q̄ttuor timoribꝫ duo
mali sunt. id est seruilis ⁊ mūdanus. duo
ꝟo boni. id est inicialis ⁊ finalis. De malo
timore poeta egregius ait. Oderūt pecca
re mali formidīe pene. De bono ꝟo. Ode
runt peccare boni virtutis amore. Iō
autē timor initialis dicitᷣ. quia sub eo per
bonam voluntatē ⁊ virtus initiū capit et
vitiū finē. necdū tn̄ ꝑfectio est. q2 ip̄m bo
nū solū ꝓpter seip̄m nō amatᷣ. Sꝫ accedit
caritas ⁊ intrat ꝑ timorē istū. ⁊ dū ꝯuerte
rit cor ad deuꝫ sequitᷣ timor finalis qui ex
succedente caritate nascitᷣ. vt ip̄m timere
nihil aliud sit qꝫ ꝺgustatū in caritate bo/
nū iā nolle amittere. sed velle ei ꝓpter seip/
sum totaliter inherere. Iō dic̄ apl̄s. Per/
fecta caritas foras mittit timorē. expellē/
do videlicet timorē malū ⁊ inducendo ti/
morē bonū. Nō ꝫ in malo sed in bono ti/
more symeō dn̄o seruiēs se seruū dn̄i no/
minabat dicēs. Nūc dimittis seruū tuuꝫ
dn̄e. Ubi notate ꝟbum nūc dimittis ⁊ in
aduerbio nūc signate misteriū Est ei nūc
tp̄is. ⁊ est nūc eternitatis. Est nūc tp̄is de

de quo dicunt philosophi. nō habemus
de tempore nisi nunc. Est nūc eternitatꝭ
de quo dicūt theologi ꝙ ipm nūc est eter
nitas. Optat ergo dimittere nūc tpis. vt
valeat possidere nunc eternitatis. Econ/
tra ꝟo multi ꝑter retentionē tpalium per
dunt possessionē eternorū. Quibꝫ merito
dicitꝰ. Ve vobis q̄ nūc ridetis. in ipso vi/
delicet modico nūc tpis. quia plorabitꝭ ⁊
flebitis in futuro nūc eternitatis. Non sic
sūt nō sic sanctus iste Symeon. sed ꝑter
eterna cupiēs tpalia dimittere suspirans.
ait. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e. Quasi
dicat. Nunc opto dn̄e vt dimittas me de
hac vita transire. nunc cupio in mea sene
ctute mori. vt in tua que nunq̄ꝫ senescit et
nitate ad immortalez vitam valeam pue/
nire. Nunc toto corde ⁊ animo cōcupisco
vt dimittas seruū tuum in pace. Sꝫ in q̄
pace. Est em̄ pax multiplex que etiā a san
ctis potest rationabiliter concupisci. Est
pax tpis. est pax pectoris. id est tranq̄llitas
mentis. est insup pax eternitatis. Prima ē
ad p̄ximū. secūda ad seipsum. tercia ad de
um. que licet quādoqꝫ in hac vita quodā
modo inchoetꝰ. ꝑfecte tamē in vita futura
eternaliter cōsummatꝰ. Hanc ergo pa/
cē eternitatis p̄ ceterꝭ desideratā optabat
iste sanctꝰ dicēs. dimitte me dn̄e scd̄m ver
bū tuū in pace. Et bn̄ ait scd̄m ꝟbū tuum
id est sm̄ ꝓmissum tuū. q2 respōsum acce/
perat a spū sancto nō visurū se mortez nisi
prius videret xp̄m dn̄i. Et ideo sui deside
rij cām subdit ⌊Quia viderūt ocl'i mei
salutare tuū⌋ Letāter em̄ desiderabat de
scendere ad lymbum patꝝ. ex quo spiritu
aliter cognouerat et corporaliter viderat
saluatorē natū. Viderūt inq̄t nō solū spū
ales sed ⁊ corꝑales oculi mei salutare tuū
Et bn̄ ait salutare tuū. q̄si deo p̄ri loquēs
xp̄m ꝯfiteretꝰ dei filiū. ⁊ ideo salutare suuz
Nec tn̄ solū suū. sed etiā salutare nostꝝ. q2
nobis ab eo datꝰ est ad salutē oīm electoꝝ
Sed quale sit ⁊ quātū istud salutare. sub
iungit dicēs ⌊Qd̄ parasti. an̄ faciē oīm
populorū⌋ id est qd̄ eternaliter p̄paratuz
tpaliter declarasti an̄ faciē. id est ad noti/
ciā oīm ꝑp̄loꝝ. q2 incarnatiōis et redēptio
nis misteriū ꝑ doctrinā xp̄i ⁊ p̄dicationez
suoꝝ discipuloꝝ oībꝫ populis. nō solū iu/
deoꝝ sed etiā gentiliū notum factū est. di/
cente ꝓpheta. In oēm terrā exiuit sonꝰ co/
rum. Et ideo de his oībꝫ populis loquēs
subdit ⌊Lumē ad reuelationē gentiuz
⁊ gloriaz plebis tue israhel⌋ Quasi dicat
christū nō solū fuisse lumē p̄paratum vni
populo sed oībꝫ. q2 ad reuelationē gentiū
id est illuminationē gentiliū. q̄ populꝰ gē/
tiū sm̄ ꝓphetam prius ambulabat in tene
bris. ⁊ etiā specialiter ad gloriā plebis sue
israel. quia iudeis specialis gratia fuit. eis
qꝫ ad fidez ꝯuersis specialis gloria ꝙ xp̄s
ex eoꝝ plebe humanā carnē assumpsit.
Sed in p̄missis symeonis verbis merito
considerandum est ꝙ hic in puero iesu tri
plex laudatꝰ bonū ꝯtra triplex in humano
genere vituꝑabile malū. Dicitur em̄ Je/
sus salutare. dicitꝰ lumē. dicitꝰ gloria. Jp̄e
q̄ppe salus est peccatoꝝ. ipse lumē iustorū
ip̄e gloria beatorū. Hec ꝟo tria christi bo
na remedia sunt contra tria hūani generꝭ
mala. Jesus em̄ salus est contra nostram
maliciā. Jesus lumē est ꝯtra nostrā igno
rantiā. Jesus gl'ia est ꝯtra nostrā miseriā
O igitꝰ bone iesu. o vtinā sis nobis Jesus
id est saluator salutare ⁊ salus nostrā ma/
liciā ꝑ tuā potentiā sanans. Vtinā sis no
bis lumē. nostrā ignorantiā ꝑ tuā sapien/
tiā illuminās. Vtinā sis nobis gloria. no
strā miseriā ꝑ tuā misc̄dam saluans. Ma
gna q̄ppe est miseria nostra. ideoqꝫ ad no/
strā salutez opus est vt magna sit misc̄dia
tua. Nisi g̃ magna fuerit misc̄dia q̄ sanetꝰ
magna miseria. nō eris vtiqꝫ nobis iesus.
q2 non eris nobis salus. De te nāqꝫ ab an
gelo dictū est. Jmo a deo ꝑ angelū voca/
bis nomē eius iesum. ipse em̄ saluū faciet
populū suū a peccatꝭ eoꝝ. Sicut g̃ nō est
sine iesu salus. sic oīno sine salute iesus.

Hec igitur ad laudez pueri iesu videre
mihi videor senem symeonem in p̄missis
sui cantici verbis lōge altius q̄ꝫ exprime/
re potuerim designasse. Audiuimꝰ itaqꝫ
senem puerū laudantē. audiamus etiā ali
q̄d ad huiꝰ senis laudē Laudatꝰ em̄ ⁊ mul
tis ac magnis p̄conijs ꝯmēdatꝰ in euāge/
lio Laudatꝰ in primis quia iustus. in quo
vniuersa morū honestas notatꝰ quia iusti
cia cōis est virtus q̄ in diuinis scripturis
censetꝰ oīm virtutū ꝯnexio. Laudatꝰ dein
de. q2 timoratus. in quo hūilitas designa
tur. quia humilis timor dei. nō seruilis sꝫ
filialis vt dictum est. virtutū oīm custos
esse creditꝰ. Scriptum est em̄. Qui timet

deum facient bona. Quare facient bona. qr timor dei custos est ne fiant mala .imo vere. si timor dei verus est, pmotor est vt fiant bona. Laudat insuper. quia expectās cōsolationē israel. Quō expectans. Utiqz fide. spe. atqz caritate. Sane talē hospitē diligit deus. et tale cordis hospitiū eligit. vbi fide firmiter creditur. vbi spe desideranter expectat. vbi caritate feruēter atqz pseueranter amat. Laudat ergo quia spiritussanctus erat in eo. Quō eīm non esset spūssanct⁹ in tali hospitio. imo ꝓo quō tale esset hospitiū nisi spūssanctus esset ī eo.

O magnum et admirandū dei cuz hoc homine ɔsortium. Habuit quippe spiritū sanctū vt hospitem et sui cordis habitatorem. quia spūssanctus erat in eo. Habuit etiam vt doctorē. quia responsum accepat a spiritusancto. Habuit deniqz vt ductorem. quia venit in spiritu. id est ducente spiritusancto venit in templū. vt posset merito cum psalmista dicere. spūs tu⁹ bonus deducet me in terram rectam. Sed in quam terrā. Non vtiqz solum in illam terram in qua erat templū terrene hierusalem. sed in illam celestem terram in qua est spūale templum hierusalem que visio pacis dicitur. de qua idem psalmista loqtur dicens. Portio mea in terra viuentiū.

Ex premissis igitur senex iste Simeon ad suscipiendū puerum Jesum cōuenienter dispositus ostenditur. et ideo quem tā diu. tātoqz desiderio suscipere expectauit tandem cum magno cordis iubilo gaudēter suscepit. Unde dr. Accepit eū in vlnas suas. id est inter brachia sua. Senex debilis puerum fortem. id est deum oīpotentē et senis debilitatem confortantē portauit. Ubi considerandū occurrit ꝙ senex iste pueri huius confortatus auxilio ꝗtū ad moralem sensum attinet ipsum tripliciter portasse creditur. videlicz in ꝑcordijs. in brachijs. in labijs. Portauit eīm Jesuz in precordijs suis ipsum toto corde diligendo. Portauit in brachijs suis ipsi ꝑ bonā opationem seruiendo. Portauit in labijs suis ipsius nomen et laudem annunciando. Unde nobis dat exemplū ꝗnon solū ore sed simul corde et opere ipsum suscipere debemus et portare. Quia ergo sanctus iste senex non solum corporaliter sed etiā spiritualiter puex Jesuz suscepit. ido eum laudare et benedicere meruit. Unde post canticum laudis sequitur in euangelio ꝙ benedixit eis. videlicet puero et Marie matri eius. Licet enim ipsi maiores essent symeone in sanctitate. ille tamen maior erat ꝗtum ad sacerdotis officium. ad quem spectabat benedicere populū. Nec solum eis benedixit sed etiam de eis prophetauit. Unde futuram christi passiōem predixit. Ecce inquit positus est hic in ruinam et in resurrectionē multoruz in israhel. Quod ideo dictum est. quia ex passione christi multi iudei fuerunt scandalizati. et a veritate priuati in erroris ruinaz teciderunt. Multi vero qui postea ad christi fidem et fidei veritatem conuersi sunt. a christo illuminati ab errore et ignorantia resurrexerunt. Subdit autem de puero loquens. ꝙ erit in signum cui cōtradicetur quia videlicet christo dei filio qui signum erat federis inter homines et deuz et verus mediator dei et hominum. multi contradixerunt filij hominum. non soluz iudeorum. sed aliorum etiam populoruz de quibus per psalmistā dicitur. Filij hominū vsqzquo graui corde vt quid diligitis vanitatem et queritis mendaciū.

Iterum vero de eadem christi passiōe prophetans Symeon ait ad Mariam. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. id est passio ipsius pertransibit animā per dolorem compassionis. non enim sine materno amore potuit videre. crucifigi filium. et si resurrecturum speraret. Ut ita potest exponi. animā ipsius quet tua ē quam scilicet quasi tuam diligis pertransibit gladius passionis. Eadem autē hora superuenit et Anna prophetissa et loquebatur de illo oīnibus qui expectabāt redemptionem israhel. O igitur sancta et deo grata societas Jesus Maria. symeon et anna. Conueniūt deus et homo. mater et virgo. maria cum Jesu vero dei patris et virginis matris filio. Conueniunt pariter cum eis propheta et ꝓphetissa inspirati spiritusancto. conueniūt vtiqz ad presentandum deo patri deum filium suum. in templo sancto suo. Sed vbi eras o sancte Joseph. Utiqz huic societati non deeras Aderas enim Marie sponse tue cui virgini tu virgo ꝗdiu vixisti. et virginitatis testis et mris ac filij fidel custos fuisti.

O mira tot ⁊ tantoꝝ sanctorũ conuentio vnanimiter p̄cedentiũ ad p̄sentandũ christum in templũ. O venerāda ꝓcessio quā in purificatōne Marie ab omni peccato omnino purissime tot ⁊ tanti in vnũ ꝯue/nientes sancti facere meruerũt. Ea propter ecclesia in tanti misterij veneratōem in festo purificationis celebrē agit ꝓcessionem. qꝛ Maria ⁊ ioseph. symeon et anna in templo xp̄m dn̄m. p̄sentauerunt. Ubi considerandũ nobis est ꝙ tres ꝓcessiones tanq̄ȝ precipuas sancta festiuat ecclesia. quarum prima fit in purificatione Marie. secunda in celebritate p̄mi pasche. tertia in domini ascensione. Prima fit cũ lucernis secunda cum floribus ⁊ palmis. tercia cũ crucibꝫ et vexillis. q̄ omnia nullaten⁹ cre/denda sunt sp̄uali vacare misterio. Ut autem hec inuestigare valeamus Sciendũ est ꝙ sicut q̇dam Egregie ait. omnis anime rationalis profectus cōstat ex tribus. In obtinenda videlicet cordis mũdicia. cor/dis iusticia. cordis leticia. Primuȝ ꝑtinet ad puritatē. secundũ ad sanctitatem. tertium ad felicitatē In primo anima mũda/tur a vitio. in secundo ipsa dotaꝛ merito. in tertio ditatur p̄mio. Hoc est ergo qd̓ significare volunt tres iste ꝓcessiones principales atq; p̄cipue. In prima q̇dem ꝓcessione que fit cum lucernis significatur cordis illuminatio ac totius vite mundi/cia. In secunda q̄ fit cum floribꝫ ⁊ pal/mis notatur cordis iusticia que in duobꝫ consistit. vt videlicet in floribus fiat innouatio ꝑfectuũ. in palmis ꝑseuerantia meritoruȝ. in floribus instantia ꝓficiendi. in palmis ꝯstantia ꝑseuerandi. In tertia ꝟo que fit cũ crucibus ⁊ vexillis designaꝛ cordis leticia. Sed quō potest esse cũ cruce leticia. Certe ī cruce caro affligiꝛ vt spiritui obediēs mortificeꝛ. Uexillũ ꝟo in victorie signum extolliꝛ. et supra ip̄m etiam qui portat cũ leticia in altum leuatur In cruce igiꝛ carnis mortificatio. ī vexillo intelligiꝛ mentis eleuatio seu mentis alienatio. Mentis eleuatio in eo ꝙ vexillum in alta extolliꝛ. mētis alienatio in eo ꝙ a portatore supra portātē leuaꝛ. Magna ergo sunt harũ ꝓcessionũ misteria nec ea hic explicāda suscepimus. sed de p̄ma solum ꝓcessione nobis sufficit si paꝝ aliquid dicere valeamus. Cum ergo illam ꝓcessionem cordis mũdiciā significare dixerim⁹ cur eam in festo purificationis Marie celebramus. que siue ꝯcipiendo siue ꝑturiēdo. nec cordis nec carnis immundiciā cogitationisq; maculam ꝯtraxit. ac ideo ipsa omnino purissima. nec purificari debuit. nec in hac parte legis precepto subiacuit. Sed questionis huius solutioneȝ facili⁹ inuenimus. si ad famā potius q̄ȝ ad virginis conscientiā attendamus. Ab omnibꝫ nanq; qui eam peperisse sciebant ⁊ sine virili semine de sp̄ũsancto concepisse nesciebant p̄uaricatrix legis diceretꝛ si purificationis obseruantiā preteriret que ꝓleȝ ge/nuisset. Hanc itaq; p̄uaricationis notam a sua fama detersit. in eo ꝙ legem illā cui nihil debebat impleuit. iuxta illius exem/plũ qui circumcisionis legeȝ seruauit. q̇a vt ipse ait. non venerat legem soluere sed adimplere. Juxta hoc ergo exemplũ multa expedit p̄ter debitum. modo facere. mō omittere. vt false suspitionis notam possumus vel preuenire vel p̄mere. Si igiꝛ tanto studio purgāda est fama a suspitio/ne falsa. q̄ȝto magis ab infamia vera. ⁊ si sa/tagendum est ad emundationē fame. multo amplius ad purgationem conscientie.

Omni ergo tempore sȝ in ipsa maxime purgationis festiuitate lucernas portare monemur. vt ipso lumine nō solum manifesta sed occulta dedecoris diligenter q̄rere et inuestigare. arguere ⁊ accusare. damnando flere ⁊ flēdo purificare valeamus.

Hec est itaq; prima processio que fit ꝓ cordis mundicia ⁊ consciētie purgatione per quam venitur ad secundam que fit ꝓ cordis iusticia ⁊ sanctitatis adeptione. ac deniq; ad terciaȝ que fit ꝓ cordis leticia ⁊ felicitatis cōsummatione hic in spe ꝑ gratiam. ⁊ in re. deinde per gloriam Quā ip̄e prestare dignetur qui gratie ⁊ largitor est christus. regnans cũ patre et sp̄ũsancto ꝑ omnia secula seculorũ Amen.

Explicit tractatus super tribus euan/gelij canticis cōpilatus a reuerendissimo in christo patre dn̄o Petro. episcopo Cameracensi. ac sancte romane ecclesie car/dinali. Cuius anima per dei misericordiam requiescat in pace Amen.

Epylogus de quadrū. exer. spūali

Incipit epylogus de quadruplici ex/
ercitio spūali editus a predicto Petro de
Aillyaco.

Anima deuo
ta cupiens ad diuinā con
templatiōem spiritualiter
exerceri. tria dz circa hanc
exercitationē specialit᷑ me
ditari. Primo eius ortum effectiuū a quo
deriuatur. Secundo eius obiectum mo
tiuum circa quod versat᷑. Tercio ei⁹ fru/
ctum refectiuū ad quem ordinat᷑. Pri
mo mentalis exercitatio si salutifera cē de
bet. ab illo effectiue ortum habet de q̄ di/
citur. Omne datū optimū ⁊ omne donū
pfectum desursum est descēdēs a patre lu
minū. Ideo merito in eius exercitationis
initio ille inuocandus est a quo omne bo
num originaliter pgreditur. p quem om̄e
bonū exemplariter pducitur. ad quez oē
bonum finaliter reducitur. Et hec est in/
effabilis trinitas. pater fili⁹ et spūssanct⁹.
Quapropter anima deuota diuine cō
templationis amore succensa. flectere de/
bet genua cordis ⁊ corpis ante thronum
beatissime trinitatis p orationē humilem
tria sapienter et pseueranter postulando.
Prīo di pr̄is ↄfortantē potētiā. ne labore
depssa decūbat. Scdo dei filij regulantē
sapiētiā. ne errore seducta deuiet. Tercio
dei spūssancti cōsolantē clementiā. ne te/
dio deuicta deficiat. Secūdo post hu
milem inuocationē ⁊ flebilē implorationē
diuine potentie. sapiētie. atq3 clemētie ani
ma deuota conuerti debet ad huius pie ⁊
salutifere mētalis exercitationis obiectū
quod est quadruplex ꝭm ꝙ mens deuota
circa quattuor spūaliter exercetur. Pri/
mo circa interiora. Secundo circa exte/
riora. Tercio circa inferiora. Quarto cir
ca superiora. De quibus ordīe congruo
breuiter psequemur. Tercio si hec mē/
talis exercitatio digne ⁊ laudabiliter exe/
quat᷑. eius fructus est felicitas eterna. Nā
omnis exercitatio q̄ ad hunc fructū fina/
liter non ordinatur. sterilis ⁊ infructuosa
merito reputatur. cum in illo fructu solo
sufficientissima ⁊ plenissima habeatur mē
tis refectio. quando videlicz deus fiet vo
luntati multitudo pacis. rationi plenitu/
do lucis. memorie ↄtinuatio eternitatis.
Hijs ergo p̄suppositis premissa quat/
tuor exercitia ad p̄dictū felicitatis fructū
ordinata particulariter exequamur.

De pmo exercitio.

Primum exercitiū tuū o anima de
uota esse debz circa interiora. hoc
est circa te et ea q̄ in te sunt. Mul
ti nanq3 valde multa sciunt sed seipsos ne
sciunt deum q̄rentes per exteriora. deserē
tes sua interiora. Sed a te tua considera/
tio inchoet. ne frustra extēdaris ad aliena
te neglecta. ideo ab exteriorib⁹ ad interio/
ra redeas Ab inferioribus ad supiora cō
scendas vt cognoscere possis vnde sis. q̄d
sis. vnde venis ⁊ quo vadis. vt sic per co/
gnitionem tui ascēdas ad cognitionē dei.
Redde ergo te tibi. ⁊ si non semper. saltem
interdum. ⁊ per ↄtemplatiōis radium ad
tue conditionis considerationē te conuer
te. Circa quam tria precipue diligēter cō
sidera. Primo q̄3 generose ⁊ mirabiliter a
summo artifice formata sis per naturam.
Secundo q̄3 viciose ⁊ miserabiliter a tua
volūtate deformata sis per culpam. Ter
cio q̄3 amorose et misericorditer a diuina
voluntate reformata sis per gratiam.
Circa primum recognosce anima mea
q̄3 mira ⁊ inestimabilis ē dignitas tua. q2
facta es non solum vestigium trinitatis s3
ymago per memoriaz qua deum recolis.
p intelligentiā qua deum conspicis. p vo
luntatem qua deum concupiscis Expgi/
scere igitur ⁊ lauda anima mea dominuz.
⁊ in eo exulta et gaude. q2 insignita es dei
ymagine. decorata similitudīe. particeps
ratione. capax beatitudinis eterne. alijsq3
pluribus prerogatiuis naturalibus mi/
rabiliter adornata.
Circa secundū cum verecūdia et rubo
bore considera ꝙ p̄dictam dignitatez tuā
modicum aduertisti. Sed heu infelix et
misera dei tui ymaginē reformasti ipsum
q3 pro p̄dictis beneficijs suis non digne
glorificasti. benedixisti. adorasti. s3 irreue
renter ad deum. vane ⁊ negligēter ad teip
sum. iniuste ⁊ nequiter ad pximum tēpus
vite tue non solū inutiliter sed damnabili
ter ↄsumpsisti. Erubesce igit᷑ et ptimesce.
quia tanto maior et grauior est culpa tua
quāto dignior et nobilior est natura. Tā
to maior est offensa quāto maior est illi⁹ q̄

offendit excellentia. Tanto peior est iniu/
ria quanto maiora fuerint illius cui iniu
riam irrogasti beneficia. Circa terciū
diligenter ⁊ reuerēter attende ꝙ mira dei
potentia. ꝙ alta sapiētia. ꝙ profunda cle/
mentia sis per gratiam ⁊ gratuitam mise/
ricordiam reformata. Cōsidera qualiter
christus per beneficium redemptiōis te a
peccato originali liberauit. quo eras bo/
nis naturalibus ⁊ spūalibus spoliata. po
testati principis tenebrarū subiugata. a ce
lesti patria exulata. Ipse xp̄o mori voluit
vt viueres. seruire vt regnares. exulare vt
repatriares. Expgiscere igitur ⁊ vide qua
liter pro te deus illudit vt honoreris. In
nocens flagellatur vt consoleris. Iustus
crucifigitur vt libereris Agnus immacu
latus occidit vt epuleris. Sanguis ⁊ aq̄
de latere lanceati emittitur vt poteris.

Contemplare adhuc qualiter per gra/
tiam diuine miserationis sis non solum a
peccato originali sed etiam actuali mise/
ricorditer liberata. Aduerte quanto tēpo
re diuina gratia te in peccatis tuis tolera
uit. quanta longanimitate ad penitentiaꝫ
te vocando expectauit. quot et quātos an
te tuam conuersionem pro peccatis suis
condemnauit. qualiter sepe quando erra
bas reduxit te. quādo cecidisti erexit te. qn̄
stetisti tenuit te. quando iuisti duxit te. q̄n
do ad eum venisti suscepit te. Pro tantis
xp̄o beneficijs nihil ē qđ retribuere possis
nisi ꝙ vere illum diligas qui tam gratui/
te dilexit te. Diligite ergo eum dulcit. pru
denter ⁊ fortiter. Dulciter vt amore illius
omnis amor extraneus tibi vilescat. pru/
denter vt amor tuus in eo solo cōtinue in
ardescat. Fortiter vt tua fragilitas om̄ia
dura et aspera pro eo gaudenter sustine/
at.

De secundo exercitio.

SEcundū exercitium tuum esse de
bet ad exteriora vt contempleris ea
q̄ extra ⁊ iuxta te sunt. hoc est mun
dum istum sensibilem. vt ipsuꝫ ⁊ omnia q̄
in eo sunt despicias. ⁊ ex hoc in amorē di/
lecti tui amplius iardescas. Et circa h̄ tria
sunt tibi precipua meditatione reuoluen
da. Primo ꝙ instabilis sit mundana opu
lentia. Secundo ꝙ mutabilis sit mūda/
na excellentia. Tercio ꝙ miserabil' sit mū
dana gloria. Ecce mundi huius ama/
tores nundinas huius seculi perābulant
ꝓpter tria. Alij diuicias. alij honores. alij
gloriam querentes. Sed quid dicam de
diuicijs que cum labore acquirunt. cū ti/
more possident. cum dolore amittuntur.
Quid de honore referam. Nunq̇d in ho/
nore sine dolore. in prelatiōe sine tribula/
tione. in sublimitate sine labore quis esse
poterit. Quid de gloria Nihil aliud est ni
si quedam vana auriū inflatio que sepius
detractionis ⁊ inuidie semina prebet. Ni
hil itaqꝫ seculo rebusqꝫ seculi fugatius q̄s
cū tenere cupimus amittimus. Nihil igit
vere bonum est nisi qđ ꝑpetuū est. Tu
ergo si recte sapis desine sequi q̄ consequi
miserrimū est. que possessa onerant. ama/
ta inquinant. amissa cruciāt. Tu itaqꝫ re/
linque hec oīa ꝓpter eum q̇ est sup oīa. Ce
tera creatura tibi vilescat vt creator. ī tuo
corde dulcescat. quia cor mundū nō cum
secl'o īmundo sed cū deo et in deo ē iocun
dum. Erubesce itaqꝫ cōsolari in ceno que
es de celo. erubesce in minimis dlectari q̄
non potes nisi in summis satiari.

De tercio exercitio.

TErcium exercitiū tue ꝯsideratōis
esse debet circa inferiora. vt prius
infra et sub te salubriter descēdas
⁊ discas tuū sponsum timere anteqꝫ inci/
pias suū secretū ꝯtemplatōis cubiculum
introire. Tria xp̄o sunt inferiora ad que
ꝯsideranda debes principaliter intende/
re. Primo ad mortis ineuitabilē neces
sitatē vt ingemiscas. Secundo ad diuini
iudicij infallibilē veritatē vt cōtremiscas
Tercio ad penarū infernaliū iintolerabi
lem asperitatē. vt expauescas. Conside
ra ergo primo feruenter ⁊ frequēter reuol
ue ꝙ mors nō pōt declinari. hora mortis
nō pōt certificari. tp̄s a deo p̄finitū nō p̄t
immutari. nostrū viuere nihil aliud est ꝙ
ad mortē trāsire O igit vita p̄sens ꝙ mul
tos decipis que dum fugis nihil es. dum
videris vmbra es. dum exaltaris fumus es
quam cum dolore intrauimus. cum labo
re transimus. cum timore exituri sumus.
In qua triplici incommodo laboramus
quia faciles sumus ad seducendum. debi
les ad resistendum. fragiles ad operāduꝫ
Ideo in huius vite tempore inutiliter vi
uitur. nisi ad comparandū meritum quo
in eternitate viuatur.

Cōsidera secundo ⁊ cum timore et tre/
more diligenter aduerte quid erit de te in
die nouissima. quid fiet đ te in extremo iu
dicio. quando hinc erūt peccata accusan
tia. inde terrens iusticia. subtus horridu3
chaos inferni. supra iudex iratus iusti iu
dicij. intus conscientia vrens. foris mun
dus ardens. Heu heu si tunc vix iust⁹ sal
uabitur. peccator ⁊ impi⁹ vbi parebit Si
ue ergo dormias siue vigiles semꝑ in au/
ribus tuis illa horrenda tuba resonet. sur
gite venite mortui ad iudiciu3. Nunꝗ ex
cidat a memoria tua. Ite maledicti in ig/
nem eternum. Et venite benedicti patris
mei percipite regnum quod vobis para/
tum est ab origine mundi. O due voces q̄
rum nihil horribilius vna. nihil altera io
cundius. Cōsidera tertio et horreas re
proborū tormenta. et ꝗ sint varia. ꝗ aspe
ra. ꝗ intolerabilia prudenter attende. ibi
ignis ardens. ibi frigus rigēs. vermis im
mortalis. fetor intolerabilis. ibi ardor flā
marum. dolor vermiū. fletus ⁊ stridor dē
tium. lachryme oculoru3. vbi mors opta/
bitur sed nō dabitur. quia quibus in hoc
seculo vita offertur ⁊ nolūt accipere. in in
ferno querent mortem ⁊ non poterunt in
uenire. Ideo ad districti iudicis iusticia3
ꝑtinet vt nunꝗ careant supplicio quoru3
mēs in hac vita nunꝗ carere voluit pec/
cato. Sed ve ve ⁊ iterum ve illis. quia cū
terribilis sit gehenna. terribilior erit faci/
es iudicis irata. sed omniu3 terribilissima
erit a facie beatissime trinitatis elongatio
eterna. O igitur quante ammiratiōis est.
ecce sponsus venit. quante dulcedinis. q̄
parate erant intrauerunt cū eo ad nupti/
as. quante amaritudinis. et clausa est ia/
nua.

De quarto exercitio.

q Uartum tue speculationis exerci
tium esse debet ad suꝑiora vt mēs
tua per premissa non solum turbe
tur ⁊ terreatur aduersis. sed alliciat̃ ꝓmis
sis ⁊ prosꝑis consolet̃. Sed vt ad superi/
ora celestia et eterna conscēdas. purga in
tellectum a vanis ⁊ inutilibus fantasijs. a
rationibꝫ curiosis. ab occupationibus ex
traneis. Purga etiam affectum a culpa. a
culpe sequela. a culpe occasione vł causa.
Erige itaqꝫ intellectum. dilata affectū.
⁊ dic deo tuo. Fac me precor domine de
gustare ꝑ affectionē quod intelligo per ra
tionem. Fac me sentire per amore3 quod
sentio per cognitionē. Fac me exardesce/
re amore ⁊ desiderio superne vite sancto/
rum. vbi actio non laboriosa. requies nō
desidiosa. vbi vita sine defectiōe. laus tua
sine cessatione. Fac me nunc in spe et tādē
in re degustare illud gaudium quod nec
oculus in hac vita ꝑfecte vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hominis ascendit.

Gaudeat igitur ⁊ exultet anima deuo/
ta ⁊ mercedē laboris sui consideret. que re
uera tam multa est ꝙ non potest numera
ri. tam magna ꝙ non potest mēsurari. ta3
preciosa ꝙ non potest estimari. tam copio
sa ꝙ non potest terminari Que licet quo/
dāmodo possit generaliter exprimi. vix tñ
potest nisi balbutiēdo particulariter đcla
rari. cum in eius cōsideratiōe mens pene
deficiat pre admiratōe. Quid ḡ đ gaudio
illo dicturus sum quod erit intus ⁊ extra
subtus ⁊ supra. circum et circa. Uide igit̃
⁊ deuota mente ꝑtracta. qualiter illi bea/
ti spūs qui p̄sentis vite miseria3 euaserūt
ꝗuis interius ab eterni solis splēdore nū
ꝗ radiū sue ꝯtēplationis auertāt. tñ qñqꝫ
ad exteriora ⁊ inferiora se ꝯuertunt Et in
hijs gaudēt ex triplici causa. Primo q2 tā
impios ⁊ crudeles hostes. vic3 mundum
carnē et dyabolū per diuinam potentiam
suꝑarunt. Scđo q2 oēs defectus ⁊ pecca
ta vel ꝑ diuinā sapientiā vitauerūt. vł du
dum ꝯmissa correxerūt. Tercio. q2 tam la
mentabiles ⁊ interminabiles cruciatus ꝑ
diuinam clementiā euaserūt. S3 ꝑua
sunt hec ⁊ q̄si nulla in ꝯpatiōe ad illa gau
dia q̄ beate anīe ꝑcipiunt ex his q̄ iuxta se
sunt. Attēde ḡ locū speciosum. videlic3. ce
leste palaciū quē tibi diuina sapientia edi
ficauit. Attende victū deliciosum. videl3.
celeste deliciarū omniū ꝯuiuium. ⁊ bono
rū oīum thesauꝝ. quē tibi eterna potentia
congregauit. Attende collegiū famosum
videlic3 ꝯgregationē scōꝝ angeloꝝ ⁊ oīm
spirituū btōꝝ cū q̄ de diuīa clemētia mēs
tua eternaliter exultabit. O gloriosa ci
uitas dei vbi vita sine morte. iuuēt⁹ sine se
nectute. lux sine tenebris. pax īꝑturbabił.
vbi angeli iubilātes. ꝟgines chorizantes.
apłi psallētes. martyres tripudiātes. ꝯfes
sores laudātes. pr̄iarche ⁊ ꝓphete iocūdā
tes. oēs sancti pariter deum venerantes.

84

Ubi tam ꝑfecte caritas omnium vt vnus-
quisq; tantū gaudeat de alteriꝰ bono q̃n-
tū gaudet de ꝓprio. Audisti gaudiū fu-
turū de his que sunt extra ꝛ que sunt iux-
ta te. audi nunc de his q̃ sunt intra te Nō
eīm remunerabit̄ iu corpore ꝛ mēte. et isto
rum eterna et inseꝑabili vniōe. Sicut ꝓo
corpus nostrum ex quatuor element̄ cō-
ponitur. sic ibi quatuor dotibus adorna
tur. Terra tunc habebit eternā immorta
litatem. Aqua oīmodam impassibilitatē.
Aer maximā agilitatem. Ignis splendi-
dissimā claritatem. Et sicut ibi animus ꝑ
fectissime obediet creatori. sic corpus suo
obtemꝑabit motori Ibi habebit vigorez
impassibilitatis. splendorē claritatis. ap-
titudinez subtilitatis. promptitudinē agi
litatis. Ibi oculus videbit decorem speci
osissimū. Gustus sentiet saporem dulcissi
mū. Olfactus odorabit odorem suauissi
mū. Tactus amplexabit̄ obiectum delici
osissimū. Auditus inmutabit̄ ꝑ sonū io-
cundissimū. Ibi dum mens in exultatio-
nem rapitur. lingua in canticū laudis ele
uatur. O quantū gaudebit animus cum
resumpserit tale corpus. non quale cū in
genti dolore sustinuisti. ꝛ cum magno cer
tamine deuixisti. vt merito diceres. Quis
me liberabit de corpore mortis huiꝰ. Sz
tale quod tibi erit in ꝯtemplationis sola-
cium ꝛ felicitatis augmentū. Sed quia
illud solum verum gaudium quod nō de
creatura sed ꝺ creatore concipitur. cui o-
mnis comparata aliunde iocunditas me
ror est. ꝛ omnis suauitas dolor est. postre
mo omne quod delectat molestū est. ideo
per premissa omnia ad tuum auctorē dili
gendum excitaris tanq̃ ꝑ gaudium acci-
dentale. sed finaliter quietaris per gaudi-
um essentiale. quod licet īeffabile sit. ex tri
bus tamen principaliter in beatis spiriti-
bus creditur ꝓuenire. Primo gaudēt
delectabiliter in perfecta et clarissima di-
uine claritatis contēplatione. Secundo
gaudent dulciter in melliflua et suauissi-
ma diuine bonitatis degustatione. Ter-
cio gaudent sempiternaliter in tranquil-
la ꝛ secretissima diuine maiestatis comꝓ-
hensione. Hec autez tria tribus anime
viribus correspōdent. Primo per prime
veritatis contemplationē vis rationalis
illuminatur. Secundo per summe boni
tatis dilectionē vis concupiscibilis satia
tur. Tercio per eterne maiestatis compre
hensionē vis irascibilis q̇etatur Tūc
ergo implebit deus in bonis desideriū tu
um cum a ratione omnis error. a volūta-
te omnis dolor. a memoria omnis timor
recesserit. ꝛ successerit illa quam speramꝰ
mira serenitas. plena suauitas et eterna se
curitas. O igitur q̃z digne dictum est ꝺ te
deus meus Melior est dies vna in atrijs
tuis super milia. imo si non liceret in te de
lectari nisi sola vnius diei hora aut breuis
sima hore mensura ꝓpter hoc solum innu
merabiles huius vite anni transitorij de
licijs temporalibꝫ pleni. essent penitꝰ me-
rito contemnendi Oro itaq; domine deꝰ
meus vt cognoscam te. diligam te. ꝛ eter-
naliter gaudeam de te. ꝛ si hic non possim
ꝑfecte. saltem crescat in spe gaudiuz meū.
vt in te et de te finaliter sit plenum.

Hec premissa quatuor mentis exerci-
tia sicut deriuant̄ a christi doctrina sic fi-
gurantur in cruce dominica. vt in eis in-
telligatur esse crux quedam salutifera q̃t-
tuor finibus terminata. in qua anima de-
uota cum christo sponso suo debz iugiter
pendere meditādo. Cuius crucis primū
brachium tendit ad regionem orientalez.
secundū ad occidentalem. tertium ad aq̇
lonarē. quartum ad meridionalez. in q̇bꝫ
non corporaliter sed spūaliter ꝑegrinādo
debet anima sponsum suū querere ꝛ con-
templādo inuestigare vt dicere possit cuz
sponsa. Quesiui quem diligit anima mea

Licet autē sancti doctores de his plu-
ra scripserint. ex quoꝝ dictis egregius do
ctor Bonauentura quendā dyalogū vti
lem compilauit. hec tamen pauca ex plu-
ribus compendiose sub epylogo collecta
sunt ad eruditionē et exercitationē simpli
cium. A quibꝫ pro qualicūq; labore meo
orationū suarū postulo suffragia. vt sic tā
dem per hec exercitia spiritualia ad illius
ꝑducamur gaudia sempiterna. qui est de
us benedictus in secula seculorū. Amen.

Explicit epylogus ꝺ quadruplici exer
citio spirituali a domino Petro de Ailly
aco. Cameracensi episcopo.

Tractatus de.xij.honoribus ioseph

Tractatus Petri de ailliaco episcopi cameracensis de duodecim honorib9 sancti Joseph.

f J colligimus in vnum q̄ sparsim de sancto Joseph euāgelica scriptura cōmemorat.inueniem9 ꝑfecto eū m'ltꝫ priuilegijs magnisqꝫ laudū ꝑconijs ꝯmēdatū. Propt' q̄ sctā mater ecclesia solenne festiuitatis gaudiuꝫ de eo merito celebrare credenda ē. Igit' iā aggrediamur sancti hui9 venerāda honoꝝ insignia.⁊ ea quib9 possumus laudib9 prosequamur.

p Rimus ei9 honor est.ꝙ ex nobilissima stirpe regia ꝓpagat'. Testat' h̄ euangelista Matth. q̄ librū generōnis Jhesu xp̄i filij dauid ab abrahaꝫ inchoans.in cui9 semine omniū gentiū benedictio promissa est.ꝑ intermedias patriarcharū ꝓphetaꝝ ac regū generatōes vsqꝫ ad Joseph ꝓgrediēdo describit. ita ꝯcludēs. Jacob aūt genuit ioseph viruꝫ marie de q̄ natus est ih̄us qui vocat' xp̄s. O vera ⁊ virtuosa nō vana ⁊ ventosa nobilitas. Nascitur Joseph ex nobili semīe.nō quocūqꝫ. sꝫ ex alto semine regis.nō cuiuscūqꝫ. sꝫ ex benedicto semine dauid. illius nobilissimi filij patriarchaꝝ ꝑcipui ⁊ eximij ꝓphetarum sanctissimi ac beatissimi regū.

s Ecundus sancti hui9 honor est qđ nō solū matris dei. sed etiā filij dei verus ꝯsanguine9 appellat'. Cur h̄ diximus9. Quia nascit' ioseph ex semīe dauid ex quo nascit' maria mater dei.regina celorum.dn̄a angeloꝝ. Ex quo etiaꝫ de maria nascit' xp̄s filius dei rex regū a dn̄s dn̄antium. Ideoqꝫ xp̄s fili9 dauid dicit'. q2 filius marie que ex semine dauid nascit'. in q̄ xp̄s maria ⁊ ioseph vera ꝯsanguinitate iungūtur. Vn̄ cū Lucas euāgelista dixisset.missus est āgel9 Gabriel ad virginē despōsatā viro. cui nomē erat ioseph.subiūxit.de domo dauid.qđ nō tantū ad ioseph.sꝫ ad mariaꝫ ꝑtinet.quia iuxta legis ꝑceptū. ioseph mariā vxorem de domo sua ⁊ familia duxerat. Ideo xp̄us veraciter ex semine ⁊ consanguinitate dauid natus est.quia icorrupta mater eius verā de stirpe dauid originem traxit.

t Ertius honoꝝ ē ꝙ sacratissime virgini matri dei matrimonialiter desponsat'. Nā vt iam ꝯmemorauim9 ioseph virū marie. ⁊ mariā sponsaꝫ ioseph sancti euāgeliste fuisse ꝯfirmāt Quod idđ dictū est.nō q2 ioseph virili more huic spōse carnalit' copulat9.sꝫ quia virtuoso amore sibi sacramentalit' iunct9 fuerit. fuitqꝫ inter eos vere sacrū matrimoniū.licet nō extiterit carnali copula consummatum. O priuilegium singulare. Solus Joseph in domo Dauid.tantaqꝫ familia. ad tam sanctum cōiugiuꝫ dignus eligitur. solus deo approbante idone9 iudicat' Sed quo signo quoue miraculo.de diuīa ip̄ius electōe cōstiterit. Hic tacendū esse arbitramur.cū et hoc ab euāgelistis taceat'. Nos aūt nō apocrifa.sed sola hic euangelica testimonia ꝑsequimur.

q Uartus honor est.ꝙ sanct9 hic spōsus virginitatis titulo decoratur. Sane iam desponsata fuerat maria ioseph.qn̄ euangelista teste missus ē āgelus ad virginē. Cui cuꝫ ille diceret.ecce cōcipies ⁊ paries filiū.respondisse legitur. Quomodo fiet istđ qm̄ virū nō cognosco id est nūq̄ꝫ cognoscere ꝓpono. Igit' ⁊ sponsa erat ⁊ virgo. Et ꝯsentiēte sponso ꝑpetue virginitatis ꝓpositū obseruabat. Vn̄ vera sanctoꝝ patrū tradit auctoritas.nō solum mariā sed etiam ioseph apud se disposuisse virginitatē seruare.nisi de9 alit' iuberet. eosqꝫ sic ꝯsensisse in ꝯiugalē societatē. vt vterqꝫ de altero reuelante spū̄sancto intelligeret.ꝙ virginitatē seruare vellet nisi de9 alit' inspiraret. Sicut ḡ diuino ꝯsilio in ꝯiugalem societatē ꝯsenserāt. sic virginitatē suā ordinationi diuine cōmiserant. Et h̄ secretum voti ꝟginalis ꝓpositū.sibi mutuo verbis postea expresserūt.⁊ ambo in virginitate diuine inspiratōi obediēdo ꝑmanserūt. O igit' sancta ⁊ deo grata virginalis cōiugum societas. O q̄ꝫ venerādus est sanctus iste sponsus ⁊ virgo.qui sponsaꝫ virginē a deo sibi ꝯmendatā intemeratā ꝟuauit.quā postea eo vt credit' mortuo.fili9 ī cruce moriendo. virgo matrē virginē discipulo virgini ꝯmendauit. Qua in re xp̄s quantū ioseph dilexerit patenter edocuit. dū ad specialem curam custodiamqꝫ matris sue. ei discipulum quem plurimum diligebat.in mortis sue testamēto ꝯstituēs subrogauit.

q Uintus honor est ꝙ nõ solũ ad vir-
ginis matris sꝫ etiã ad filiũ ei⁹ obse-
quia singulariter deputatur. Hec
eñ vna ratio est.quare despõsat maria io-
seph. Nã put sanctoꝝ patrũ traditõe doce
mur.vltra generales causas ꝯiugij.huius
desponsatõis quedã cause speciales fuisse
dicunt.videlicet vt dyabolo part⁹ virgine⁹
celaret.vt Joseph esset testis castitatis.de
fendens eam ab infamia suspitionis.ne vt
adultera iuxta legẽ mosaycã dampnaret.
Postremo quãtũ ad h̃ ptinet qđ loqmur.
vt nõ solũ mater.sed etiã filius eiusdẽ ma-
tris ⁊ virgĩs.hui⁹ sponsi solatio sustentare
tur ⁊ obseq̃o foueret O mira res. Joseph
suo sustentat ⁊ fouet auxilio.eũ qui susten-
tans ⁊ fouens oĩa.vniuerso p̃sidet mũdo.
Quod vtiqꝫ factum est non solum dum
puer Jhesus ministerio Joseph siue in e-
giptum eundo siue inde redeundo trans-
fertur.sed dũ toto ĩfantie ac pueritie decur
su.ab eo paternaliter educat. Uñ ihs euã-
gelio teste putabat fili⁹ ioseph. Nõ ideo so-
lum qꝛ spõsus erat marie.sꝫ etiã qꝛ sibi oĩa
paterni amoris signa ⁊ obsequia videbat
pbere. Quãobrẽ absqꝫ vlla temeritate pia
fide credendũ est sanctũ ioseph xp̃m pueꝝ
sepenumero suis tractasse manibꝫ.gestasse
brachijs.⁊ nutricis more iter suaues am-
plexus dulcia oscula sacris eius labijs im
pressisse. Uñ si in Johãne baptista venera
mur.ꝙ xp̃m digito monstrauit.aut in ior-
dane lauit.si in Johãne euãgelista ꝙ in ce-
na supra pectus dñi recubuit.valde in Jo
seph venerandũ.est ꝙ xp̃m corꝑaliter tam
sepe tanqꝫ familiariter ⁊ obsequiose tracta
uit.

s Extus honor est.ꝙ ei tanq̃ꝫ celesti
secretario secretũ incarnatõis xp̃i
mysteriũ a deo ꝑ angelũ reuelatur.
Hoc eñ pñs missus Gabriel angel⁹ iam d
spõsate virgini nũciauit. Ecce inq̃t ꝯcipi-
es ⁊ paries filiũ.⁊ vocabis nomẽ ei⁹ Jhesũ
Nec solũ humane sꝫ etiã diuine generatio
nis archanũ patefecit dicẽs. Hic erit ma-
gnus ⁊ filius altissimi vocabit. Modum
quoqꝫ quo ex ea de⁹ ⁊ dei fili⁹ nõ humanit⁹
sed diuinit⁹ fieret hõ.subiũxit. Spũs sctũs
inq̃t supueniet in te.⁊ virt⁹ altissimi obũbra
bit tibi. Quod eñ ex te nascet sanctũ voca
bitur fili⁹ dei. Sꝫ h̃ magnũ multiplexqꝫ se
cretũ diuinũqꝫ mysteriũ sponso suo virgo
celauerat.⁊ q̃ angelo humiliter respõderat
ecce ancilla dñi fiat mihi scđm verbũ tuuꝫ
etiã oĩa que circa h̃ spũssctũs facere dispo-
suerat.humiliter expectabat. Postea ĝ ipsi
sponso ab eodẽ vt credit angelo.xp̃i incar-
natio reuelat. Quod euãgelista Matthe⁹
ita psequit. Xp̃i inq̃t generatio sic erat. Cũ
esset despõsata mater Jhesu maria ioseph.
anteq̃ꝫ ꝯuenirent.inuenta est in vtero hñs
de spũsancto. Qđ aũt ait.anteq̃ꝫ ꝯuenirent.
Lucas euãgelista manifest⁹ aperit.dicens
ꝙ postq̃ꝫ discessisset ab ea angel⁹ exurgens
maria abijt in montana cũ festinatõe in ci
uitatẽ iuda.⁊ intrauit in domũ Zacharie.
Hoc est eundo ad opidũ.in q̃ ipe Zachari
as dicit habitasse.quarto miliario a Jhe-
rusalẽ.per illã ciuitatẽ verisimilit̃ transisse
credit. Que ciuitas iuda dicit.nõ rõne tri
bus.cũ essꝫ de tribu beniamin.sed ratione
regni.cuius ipa caput fuisse ꝑhibet. In il-
la ergo domo Maria salutauit Elizabeth
matrẽ iohãnis.⁊ exultauit infans in vtero
eius. Ipa quoqꝫ mariã magno cũ honore
suscipiens.eã matrẽ dñi sui.⁊ beatam vera
citer ꝓphetauit.⁊ tunc edidit maria canti-
cum dicens. Magnificat anima mea do-
minũ. Et exultauit spũs me⁹.in deo saluta
ri meo. Mansit autẽ maria cum illa quasi
mensibꝫ tribus. O benedicta et vere beata
societas.nõ vtiqꝫ ociosa.sed obsequiosa in
dei laudibꝫ ⁊ bonis operibꝫ occupata. Mi
nistrasse eñ credit maria cognate sue.vsqꝫ
quo pareret. Unde ⁊ in libro iustoꝝ legit.
uam dispositionē est ꝑceptiuꝰ calidi ⁊ frigi
di.⁊ scd̄m aliā humidi ⁊ sicci. Et sic tactus
est duo sensus.⁊ nō plures.qꝛ ꝯtrarietates
p̄dicte nō arguūt pluralitatē dispositionū
q̄litatiuarū in organo.ꝓpter h̄ ꝙ sunt sensibi
lia ꝯmunia.vel sentiunꝛ modo sensibilium
ꝯmuniū.scꝫ scd̄m figurā aut motū. Jdō suf
ficit ꝙ organū sit quantū vt sentianꝛ scd̄m
diuersos situs motꝰ aut figuras ipsorum.

Aristotiles aūt in enumeratione quin/
ꝗ sensuū.illos duos sensus tanꝗ vnū po/
suit scd̄m modū loquēdi vulgarē. vt dicit
ꝯmentator.qꝛ in nullo mēbro inueniꝛ vnꝰ
sine alio. Et ad eundē sensum dicit Aristo
tiles.ꝙ gustꝰ est quidā tactꝰ. Decima ps
de diuisionibꝰ sensibiliū.

Sꝫ ad maiorē intelligentiā p̄dictorū
vidende sunt q̄dam diuisiones sensibilium
Nā scd̄m Aristotilē sensibiliū quedā sunt
sensibilia ꝑ se.alia sensibilia ꝑ accidēs. Et
eorū que dicunꝛ sensibilia ꝑ se.quedā dicū/
tur sensibilia ꝓpria.quedā ꝯmunia. Sē/
sibile ꝓpriū diciꝛ qd̄ sentiꝛ vnico sensu scd̄z
speciē sic ꝙ nō alio. vt color visu.⁊ sonꝰ au/
ditu. Sensibile ꝯmune diciꝛ qd̄ oībus
vel pluribꝰ sensibꝰ est sensibile. vt motus et
quies.numerus magnitudo ⁊ figura.⁊ si q̄
sunt alia. Sensibilia ꝑ se sunt illa q̄ di/
cta sunt.scꝫ sensibilia ꝓpria ⁊ ꝯmunia ⁊ ma
gis sensibilia ꝓpria ꝗ ꝯmunia.qꝛ scd̄m eorū
specificā distinctōz sumiꝛ specifica distin/
ctio sensuū. Sensibilia ꝑ accidēs sunt
sicut hō.azinꝰ.sortes.⁊ brunellꝰ.quorū neu
trū sentiꝛ in quantū tale.sꝫ in quantū albū
vel figuratū. Unū patet ꝙ p̄dicta diuisio
nō sic daꝛ ꝑ opposita.quin etꝰ membra sup/
ponāt ꝑ eodē. Quia nō solū color esset visi
bilis.imo coloratū. Nec videꝛ ꝙ sensus
de colore iudicet abstracte a subiecto.sꝫ cō
fuse de colorato. Et ita de magnitudine et
magno.figura ⁊ figurato.numero ⁊ nume
rato.siue ponanꝛ accidētia quedā disticta
a suis subiectis.siue nō. Jdeo cū idem sor/
tes sit albus figuratꝰ ⁊ hō.sequiꝛ ꝙ ipe idē
est sensibile ꝓpriū.sensibile ꝯmune.sensibile
ꝑ se.⁊ sensibile ꝑ accidēs.sꝫ hoc est scd̄m di
uersos ꝯceptus.quia in quantū est albꝰ.di
citur sensibile ꝓpriū.qꝛ scd̄m conceptū a q̄
sumitur iste terminus albū vnico sensu sen
titur.sed in quantū figuratus dicitur sensi
bile ꝯmune.quia scd̄m illū conceptū plu/
ribus sensibus percipitur.sed in quantū
albus vel figuratus dicitur sensibile ꝑ se.
quia scd̄m talē conceptū res sensu percipi
tur. Sed in quantū homo vel sortes diciꝛ
sensibile per accidens.quia scd̄m hmōi cō
ceptum nō sentitur. Sensus eīm exterior n̄
iudicat de re scd̄m conceptū substātialē sꝫ
accidentalē.vnde ad diuersitatē accidētiū
variatur iudiciū sensus.nō ad variationē
substantie.

Capitulū quartū.

Prima pars de interioribꝰ sensibꝰ gene/
raliter.

Dicto de anime sensitiue potentia
apprehensiua exteriori.dicendū ē
de interiori que sicut p̄ma etiā mlꝛ
tiplex est Nā alia est sensitiua cognoscitiua
alia est specierū sensibiliū reseruatiua. Un
de ꝙ preter omnē potētiā cognoscitiuā po
nenda sit alia potētia nō cognoscitiua sꝫ re
seruatiua.patet ex hoc quia in absentia sen
sibiliū.⁊ omī actu cognoscēdi cessante.ap
paret ꝙ species sensibiliū reseruanꝛ in no/
bis.vt patet in somp[n]ijs. Et patet ꝙ nō re
seruantur in potētijs cognoscitiuis.hoc ē
in organis.in quibꝰ aīa nata est formare
actū cognoscendi.quia tunc nō apparet ra
tio quare deberet cessare actꝰ cognoscendi
cū nihil deficeret requisitū ad eius forma/
tionē.ideo oportꝫ ꝙ sit alia potētia reserua
tiua hmōi specierū. Alia quidē nō ex parte
anime.sed ex parte organi ⁊ operis. Et
scd̄z hoc quidā philosophi ponūt solū du/
as tales potentias interiores.vnā cogno/
scitiuā.id est in qua formaꝛ actualis sensa/
tio.quā vocant sensum ꝯmunē ⁊ eā dicunt
esse i corde.aliā reseruatiuā quā vocāt fan
tasiam ⁊ eā dicunt esse in cerebro. Et hꝭs
potentijs scd̄m eos diuersa attribuunꝛ no
mina scd̄m earū diuersa opera. Unde con

tingit ꝙ vna diuersis noīb᷒ nominet̄. diuer
sis tamē rationib᷒. Sȝ quidā ꝑticulari
us ꝯsiderātes ponūt quinqȝ potētias inte/
riores. q̄ sunt sensus ꝯmunis imaginatiua
estimatiua. fantasia ꝛ memoratiua. Uerū/
tamē ꝓpter occultā dictaꝝ potentiaꝝ opati
onē ꝛ suoꝝ organoꝝ distinctionē ꝛ situatio
nem ac variā dictoꝝ nominū significatōȝ
ipis sepe vtimur aut ꝓmiscue aut equoce.
Unde aliqui qđ hic vocam᷒ imaginatiuā
vocant fantasiā ꝛ econtra. Sȝ de nomīb᷒
minus curem᷒ ꝛ reb᷒ videam᷒. Secun
da ꝑs de sensu ꝯmuni Est igit̄ sensus cō
munis. potētia sensitiua que omniū sensu/
um ꝑticulariū obiecta apprehēdit. Nō em̄
dicit̄ sensus ꝯmunis qꝛ ipe solus sensibilia
ꝯmunia apprehēdit vt quidā crediderunt.
Nā apprehendere illa sensibilia ꝯmunia. đ
quib᷒ supradictū est ꝯuenit etiā sensui par
ticulari scđm Aristotilē. sȝ dicit̄ ꝯmunis.
qꝛ om̄es sensus exteriores ab eo velut a cō
muni centro exeunt vt suoꝝ obiectoꝝ simi
litudines ad deū reducāt. quib᷒ mediātib᷒
de singulis iudicat ꝛ discernit. Uñ hu
ius potētie tres sunt actus. Primus est
cognoscere obiecta omniū ꝑticulariū sen/
suū. ꝛ ꝯuenientiā ꝛ differētiā taliū obiecto
rum. vt ꝙ hoc albuȝ nō est dulce. vel ꝙ hoc
est dulce. ꝛ illud dulcius. Secundus ē
cognoscere actus ꝑticulariū sensuū. Licȝ
em̄ quibusdā visum sit ꝙ actualis sensatio
solū fiat in corde siue in sensu ꝯmuni tamē
videt̄ eē de intētione Aristotilis ꝙ sensatio
nes fiant in organo sensuū exterioꝝ. q̄uis ī
eis nō ꝑcipiam᷒ nos sentire. qꝛ sensibile exi
stens in organo nō sentit̄. iō ꝑ sensum cōeȝ
sentim᷒ nos sentire. scȝ videre vel audire. ꝛ
sic de alijs. Tertius ei᷒ act᷒ est cognosce
re carentiā siue absentiā sensibiliū. sicut iu
dicam᷒ de tenebra vel silentio. iudicādo ꝙ
visus a nullo visibili mouet̄. vel auditus a
nullo sono. Et hoc fit ꝑ sensum interiorē q̄
ꝑcipit ꝑ actū exteriorē ꝛ eius carētiā ꝛ nō ꝑ
sensum exteriorē. q̄ species sensibiliū in ab
sentia eoꝝ. saltē longo tꝑe nō reseruat iō ni
si in eoꝝ p̄sentia nihil iudicat. De orga/
no aūt sensus cōmunis altricatio est inter
philosophos ꝛ medicos que forte magis ē
verbalis q̄ȝ realis Dicūt em̄ philosophi fu
isse opinionē Aristotilis ꝙ organū sensus
cōis scȝ in quo subiectiue formātur p̄dicti
actus sensitiui est cor. vel in corde in habē
tibus cor. in nō habētib᷒ aūt aliquid ꝓpor
tionale. Dicūt aūt philosophi practici siue
medici fuisse opinionē galieni ꝛ auicēne ꝙ
hec virtus est ī cerebro scȝ ī anteriori parte
cerebri. vt ꝯcurrūt nerui sensitiui q̄nqȝ sen
suum qui locus medullosus ꝛ humidus ē.
Hec aūt apparēs ꝯtrarietas videtur posse
ꝯcordari. dicēdo ꝙ organū sensus cōis est
in corde. scȝ subiectiue ꝛ ꝯpletiue. sed est in
cerebro dispositiue nō ꝙ ibi fiat sensatio. sȝ
quia om̄es species sensibiliū p̄us ꝯgregā/
tur in ipo. ꝛ inde per quādam viā transeūt
ad cor vbi fit sensatio. Tertia ꝑs de ima
ginatiua. Imaginatiua est potētia re/
seruatiua specieꝝ sensibiliū a sensu ꝯmuni
receptarū. species em̄ reꝝ hic vocātur ima
gines ipsarum. ꝛ inde imaginatiua accipit
nomē. Hec aūt potētia differt a sensu cōi.
quia nō est potētia iudicatiua. sed solum re
seruatiua. Etiam quia sensus cōis nō acci
pit formā siue specieȝ nisi p̄sente re illa aut
eam reseruat etiaȝ re absente. Hec vero po
tentia in anteriori parte cerebri ponitur. in
qua etiam sensus cōmunis ad sensum pri/
us dictum esse conceditur. sed differenter.
Nā scđm anathomiā cerebrū scđm sui lō/
gitudinem in tres ventriculos diuiditur.
ꝛ quilibet duorum scȝ anterior ꝛ medius ī
duas partes subdiuiditur. quarū quelibȝ
maior est q̄ȝ sit ventriculis posterior. In p̄
ma ergo parte anterioris ventriculi conue
niunt om̄es sensuū exteriorū nerui. In se/
cunda vero esse videtur imaginatiua reti/
nens impressiones receptas a sensu cōmu
ni. ꝛ hec pars frigidior ꝛ durior est q̄ȝ pri/
ma. naȝ virtus que bene recipit perficitur
calido ꝛ humido sed virtus que bene reti/
net. perficitur frigido ꝛ sicco. nō tamē exces
siuo. sed debito proportionato. Quar
ta pars de estimatiua. Estimatiua est
potētia que ex speciebus sensibilibus intē/
tiones elicit nō sensatas. Dico autē inten/
tiones nō quidē ratōis sed nature. Nō em̄
apprehēdit quid sit similis nomē aut verbū
sed amiciciam. commodū vel incōmoduȝ.
verbigratia. Quis vidēs lupuȝ nūq̄ȝ alias
visum fugit ipm tanq̄ȝ sibi inimicū. ꝛ sic ex
eius specie sensibili elicit speciem siue intē/
tionem inimicie que nō poterat per sensuȝ
apprehendi Hec ergo potētia differt ab
imaginatiua. quia illa solum retinet speci/
es per sensum ꝯmunē apprehensas. hec ve

ro elicit ex eis intētiones nō sensatas sicut
amicicie vel inimicicie ex quib⁊ sequūt̄ acti
ones ꝓsecutionis vel fuge. Unde sciē/
duz est ꝙ licet species sit nomē generale. ta
men quandoqꝫ philosophi in modo loquē
di videntur ponere differentiā inter speci/
es ⁊ intentiones. Species em̄ sunt q̄ mul
tiplicantur ab obiectis ad organa sensuuz
exteriorum. sed intentiones multiplicātur
ab organis sensuū exterioꝝ ad sensum com
munē ⁊ organa aliarū potentiarū. Et
est inter ipas triplex differentia. Prima qꝛ
species nō sunt representatiue nisi sensibili
um exteriorum. intētiones aūt nō solū ipo
rum sed etiā sensationū coꝝ. Secūda
quia species fiunt in suis subiectis sine co
gnitione prima. intentōes aūt fiunt ab ipis
sensationib⁊. ideo ipas repńsentant. Ter
tia quia species aliquas dispositiones req̇
runt in suis subiectis. quas nō requirunt
intentiones. sicut species lucis vel coloris
requirit dyaphaneitatē ī suo subiecto. quā
nō requirit intentio ad sensum ꝯmunē mł
tiplicata. ⁊ sic patet quid per intentiones d̄
bemus intelligere. cū dicim⁹ estimatiuā in
tentiones eligere. Hec vero potentia
estimatiua in pria parte medij veutriculi si
ue medie cellule cerebri ponit̄ q̄ qual' sit sic
⁊ de alijs ad anathomiā ptinet ꝯsiderare.
Quinta ps de fātasia. Fantasia que a
q̇busdā formatiua. a q̇busdā imaginatiua
dicitur quocunqꝫ nomine vocet̄. tamen vt
hic sumitur est potētia formans imagines
cū imaginib⁊ id est species siue intentiones
cū specieb⁊ vel intentionib⁊ ꝯponendo eas
vel diuidendo ⁊ ideo fingit cimeras ⁊ mō/
stra ⁊ facit castra in hyspania. ⁊ opat̄ in som
no sicut in vigilia. Hec aūt potentia ab ali
quibus ī brutis vocat̄ fantasia siue imagi
natio. in homīb⁊ vero cogitatiua. Quādo
vero ipa est ꝯiuncta rationi sicut in homīe
tunc in sua opatione dirigit̄ ⁊ regit̄ a rōne.
Et quia in homīb⁊ ratiocinatio diuersifi/
catur ideo operationes fantasie in homīb⁊
variant̄. sꝫ quādo ipa nō est cū rōne. sicut ī
brutis. tunc regitur solū quodaz instinctu
nature. Et quia similis est instinct⁹ in ha/
bentib⁊ eandē speciez. ideo in talib⁊ opatio
fantasie nō variat̄. Inde est ꝙ omīs hyrū/
do ꝯsimili modo facit nidū suū ⁊ omīs ara
nea telam suā. Hec vero potentia se/
cunda parte medie cellule cerebri ponitur

tanqꝫ centrū inter imaginatiuā ⁊ memora
tiuā. quia ꝯuertit se sup̄ imagines in vtra/
qꝫ eaꝝ refuatas. ⁊ tūc ꝯponit ⁊ diuidit eas

Sexta ps de memoratiua.

Memoria est potētia reseruatiua speci
erum siue intentionū. nō solū a sensu ꝯmu
ni receptarū. sed etiā ab estimatiua ⁊ fanta
stica. vnde vt quidā dicunt ipa se habet ad
estimatiuā sicut imaginatiua ad sensuz cō/
munē Et in hoc hec potētia differt ab ima
ginatiua. Differt etiaz ab ea quia hec reser/
uat species siue intentiones sensatoꝝ cum
differentia tpis p̄teriti in quo illa sentiebā
tur. Illa vero sine differentia tpis certi ap
prehensi per sensum ꝯmunē. differt aūt ab
estimatiua ⁊ fantastica. qꝛ ille sunt apprehē
siue. hec aūt solum reseruatiua. Memoria
quoqꝫ differt a reminiscentia. qꝛ memoria
vt dicit ꝯmentator est ꝯtinua obseruatio il
lius qd̄ semel fuerit apprehensuz. Remi/
niscentia vero est ei⁹ qd̄ postqꝫ apprehēsum
fuit oblitū est ⁊ iteꝝ rememoratū. Un̄ diffi
nit reminiscentiā ꝙ est iterata acceptio rei
p̄terite de facili sine inuentione ⁊ doctrina
Et iō dicit ꝙ reminiscentia est memoria si
ue ꝯseruatio quasi abscisa. scꝫ p obliuionē
nō in toto sed in pte. ⁊ sunt hec. vna virt⁹ in
subiecto. due vero scd̄m modū. id est diffe/
runt scd̄m rationē vel ꝯceptū. Et dicit
Aristotiles ꝙ memoratiui sunt tardi inge
nij. reminiscitiui vero capacis ⁊ velocis. qꝛ
in memoratiuis magis viget sensus qꝫ in/
tellectus. Hec aūt potētia in posteriori
parte cerebri ponit̄. qui locus siccus est ꝓ/
pter neruos motiuos qui oriunt̄ ab ipo.

Capitulū quintū.

Prima pars de potentia motiua gene/
raliter.

Iso de anīe sensitiue potentia ap
v prehensiua. nunc videndū est de
potentia motiua. Mouet aūt ani
ma sensitiua quādoqꝫ spiritualiter ⁊ h̄ du/
pliciter. scꝫ cognoscitiue ⁊ appetitiue. qn̄qꝫ
aūt corpaliter scꝫ mouendo mēbra corpa/
lia executiue. Un̄ ad motū anīalis ⁊ ma
xime scd̄z locū de quo p̄ncipaliter loq̇mur
tria requirunt̄. Nā cū talis sit ad aliq̇d ꝓse
quendū vel fugiendū. p̄mo oportet cogno
scere ꝙ illud sit bonū ⁊ ꝓsequendū vel ma
lū ⁊ fugiendū. Scd̄o oportet inclinari
ad ipius ꝓsecutionē vel fugam. Tertio
oportet exequi talem inclinationē mouen/

do corpus ⁊ membra. Primū pertinet
ad potentiā cognoscitiuā. scđm ad potenti
am appetitiuā. tertiū ad virtutē executiuā
quā ꝯmuniter vocamus motiuā. Et
hanc diuisionē quidā sub aliis verbis tra/
dunt dicentes. ꝙ duplex est potentia moti
ua. quedam imperans ⁊ quedā imperata.
intelligentes per potentiā imperantē ipā
cognoscitiuā ⁊ appetitiuā ⁊ per potentiā i/
peratam. ipam potentiā executiuā in mem
bris corporalibꝫ situatā. Sed iste locutio
nis modus habet locū in ratione vtentibꝫ.
in quibus solū ꝓprie est imperiū sicut libe/
rum arbitrium. Secunda pars de po
tentia appetitiua.

Quia vero de prima potentia motiua
scꝫ cognoscitiua satiua satis dictum est. de
secunda scilicet de appetitiua est dicendum
Hec aūt mouet dupliciter. scꝫ diligēdo vł
odiendo. Et diuidit̄ in concupiscibilē
⁊ irascibilē. Concupiscibilis mouet ad bo
num. vel apparens bonū. cōmodū. vel ap/
parens cōmodū. Irascibilis insurgit con/
tra malū. ⁊ fertur in arduū. Ab hiis oriun
tur quatuor affectiones pricipales. scilicet
gaudiū. spes. dolor. ⁊ timor. Nam per con
cupiscibilē gaudemus đ bono p̄senti. ⁊ spe
ramus de bono absenti. per irascibilē autē
dolemus đ malo p̄senti. ⁊ timemus de ma/
lo absenti. Sensualitas aūt est vis appeti/
tiua. ⁊ ad idē mouet ad qđ ꝯcupiscibilis ⁊
irascibilis. sed in quantū sensui siue corpo/
ri cōiungitur ⁊ a ratione nō regitur sensua
litas vocatur. siue irrationabilis appetitus

Tertia ps de potētia executiua.

De potentia aūt executiua. siue corpa/
liter motiua dicūt q̄dā ꝙ ipa est triplex. scꝫ
naturalis vitalis ⁊ animalis. Quaꝝ p̄ma
sitū suū habet in epate. secūda in corde. ter/
tia in capite vt in p̄ncipio ꝓpinquo. sꝫ est in
corde tāq̄ in p̄ncipali ⁊ p̄mo p̄ncipio. Uir
tus naturalis est motiua humoꝝ. vitalis ē
motiua pulsuū. aīalis est motiua mēbrorū
Sꝫ de hac tertia p̄ncipaliter intendimꝰ. q̄
niam alie. ⁊ specialit̄ p̄ma videt̄ esse potētie
vegetatiue ⁊ ꝯuenire plantis. licet nō eodē
modo sicut aīalibꝫ. Ipa vero motiua scđꝫ
locū que fit ꝑ mēbra solū est in aīalibꝫ ꝑ/
fectis. ⁊ nō in aīalibꝫ imꝑfectis que soluꝫ
habēt sensum tactꝰ sicut sunt aīalia terre
affixa vt ostree ⁊ conche. Nā licet in plantꝭ
⁊ in dictis aīalibꝫ imꝑfectis qñ nutriunt̄
⁊ augmentant̄ sit quidā motꝰ scđm locum
qui dicit̄ dilatationis ⁊ ꝯstrictionis. licet n̄
eodē modo sit in eis. quia i plantis sine ap
prehensione preuia. in illis vero animalibꝫ
cum delectatione vel tristicia. tamen in pre
dictis non est motus scđm locū qui fit per
membra corporalia qualis est motus pro/
gressiuus vel saltatiuus. aut alius de loco
ad locum delatiuus. Hunc autem motuꝫ
natura īgeniauit animalibus perfectis ad
vniendum sibi obiectum conueniēs quod
non est in eis coniunctum. sicut in plantis
potentia cōiungitur suo obiecto. vt nutri/
tiua cū cibo.

Quarta pars de potentia motiua natu/
rali.

De predictis tamen potentiis corpora
liter motiuis q̄uis de eis ad medicum spe
ctet principaliter cōsiderare. pauca nihilo/
minus sunt dicenda. Est ergo virtus natu
ralis. potentia motiua humorum median
tibus venis. que scđm galienuꝫ radicātur
in capite. scđm Aristotilem in corde. Et h̄
mouet siue operatur per spiritum animaleꝫ
a corde per venas procedentem ⁊ corpus
vegetantem. Est autem spiritus naturalis
substantia subtilis aerea in corde vi caloꝛꝭ
ex sanguine generata. ⁊ ideo est valde leuis
⁊ faciliter mobilis.

Quinta pars de potentia motiua vitali

Uirtus vitalis est motiua pulsuū. me
diantibꝫ arteriis que radicantur in corde.
Et hec operatur per spiritum vitalē a cor/
de in membra per arterias procedentem ⁊
corpus viuificantem. Est aūt idem scđm
substantiā spiritus naturalis vitalis ⁊ aīa
lis. sꝫ differunt scđm oꝑationē Dicitur eñ
vitalis in quātū a corde ꝓcedit ⁊ corpus i/
strumentaliter viuificat. Dicitur aūt natu
ralis in quantū a corde procedens ꝑ epar
transit ⁊ corpus nutrit ⁊ vegetat. Sed di/
citur animalis quando ad cerebrum per/
uenerit ⁊ in quantum ad sensum ⁊ motum
disponit ⁊ abilitat. ⁊ sic ideꝫ spiritus diuer
sis rationibꝫ diuersa habet nomina.

Sexta ps de potētia motiua aīali.

Uirtꝰ aīalis est potētia motiua mēbroꝝ.
scꝫ officialiū mediātibꝫ neruis q̄ radicant̄ i
capite. Et h̄ oꝑat̄ ꝑ spm̄ aīalem ꝑ cerebruꝫ
trāseuntē q̄ ꝑ neruos ⁊ organa sentiēdi di
rectꝰ subtiliat̄ ⁊ i aīali sensū ⁊ mēbroꝝ motū
oꝑat̄ Sūt aūt mēbra corꝑis triplicia. q̄dā

94

radicalia vt epar. cor. cerebrũ. ⁊ genitalia.
inter que illa tria ṗma in quibꝫ sunt. spiritꝰ
naturalis vitalis ⁊ animalis sunt de eẽ in/
diuidui. sꝫ genitalia sunt ad ꝯseruationem
speciei. Alia sunt mẽbra deseruiẽtia vt ve/
ne arterie ⁊ nerui que deseruiũt illi triplici
spiritui. Alia sunt mẽbra officialia vt ma/
nus pes ⁊ hmõi. ⁊ ista mouet virtus aĩalis
ad officiũ motus localis. In hoc autez
motu talis est ordo scḋm Aristotilẽ. quia ẽ
vnũ mouens nõ motũ. scꝫ obiectũ appetitꝰ
qḋ est bonũ vel apparẽs bonũ. Appetitꝰ aũt
mouet ab obiecto ⁊ mouet mẽbra ⁊ ĩter ipa
vnũ mẽbrũ mouet aliud. Pars eñ mẽbri
que est citra iũcturã mouet aliã partez q̃
est vltra sicut ꝑ virtutẽ que in brachio po/
tes mouere manũ supꝑ iũcturã brachij ĩpo
etiã nõ moto ⁊ sic de digito respectu manꝰ
Deĩde ipa mẽbra mota mouẽt ipm totale
animal. qḋ est tanq̃ꝫ vltimũ motũ.

Capitulũ sextũ.

Prima pars de anima rationali genera
liter.

Postq̃ꝫ dictũ est ḋ anima sensitiua
dicendũ est de anĩa rationali seu
ĩtellectiua. de qua tres fuerũt opi
niones magis famose. Una fuit Alexã
dri ꝙ aĩa intellectiua humana ẽ forma ma
terialis. generabilis. ⁊ corruptibilis. edu/
cta de potẽtia materie diuisibilis ⁊ extensa
Alia fuit opinio ꝯmentatoris. ꝙ est forma
ingenerabilis ⁊ incorruptibilis nõ educta
de potẽtia materie nec extẽsa. ⁊ ꝙ illa ẽ vni/
ca in oĩbus homĩbꝫ cuilibet eoꝝ indistant
assistens. sꝫ tñ nulli inherens. Tertia
via est veritas catholica. q̃ nõ est tanq̃ꝫ opi
nio tenenda. sꝫ tanq̃ꝫ fides firma. scꝫ ꝙ aĩa
intellectiua humana nõ est vnica in oĩbus
homĩbꝫ. sꝫ est forma substãtialis hoĩs cor/
pus informãs. ⁊ cũ eo vnũ ꝯponẽs nõ edu
cta de potẽtia materie. Et iḋ ꝓprie nõ inhe/
rens. qꝛ inherere ꝓprie vt distinguit̃ ꝯtra in
formare ĩportat materialit̃ dependere. Nõ
generabil̃ nec corruptibil̃. sꝫ tñ nõ simpli/
citer ꝑpetua. qꝛ de nouo scꝫ in vnione ipiꝰ
cuꝫ corꝑe a deo creata. ⁊ a ꝑte post ꝑpetua.
Nõ extẽsa sꝫ indiuisibil̃. ⁊ iḋ tota in toto. et
tota in q̃libet ꝑte corꝑis. Uñ falsa ẽ q̃rũ
dã antiq̃ꝝ theologoꝝ opinio dicẽtiũ ꝙ aĩa
nõ est scḋm eẽntiã in toto corꝑe. sꝫ in ꝑte ḋ
terminata scꝫ in centro cordis posita. totũ
corpꝰ viuificat atq̃ꝫ mouet. Et ad h̄ ponũt
exemplũ calcidij de aranea q̃ in centro tele
sue residẽs sentit quẽlibet motũ in tela fa/
ctum. Que aũt fuerit opinio Aristotil̃
de aĩa intellectiua humana. quãtũ ad ea q̃
dicta sunt ex eius libris autenticis ꝑspicue
nõ habet̃. quia de hijs que tangũt sectas ⁊
religiones hominũ. ꝯmunit̃ obscure ⁊ am
bigue loquit̃. Prima tñ opinio supꝑius di/
cta circũscripta fide ⁊ sequẽdo apparentiã
rationis naturalis inter oẽs ꝓbabilior vi/
deret̃. Secunda pars de potentia ani
me rationalis. Sed ad potentias anĩe
ratiõalis accedamus que generaliter due
sunt. scꝫ cognoscitiua ⁊ motiua. quas intel
lectum ⁊ affectũ vocamus. In quantũ eñ
est potentia cognoscitiua dicitur intellectꝰ
sed in quantũ est potentia motiua. dicitur
affectus seu volũtas. Unde licet de ani
ma rationali diuersa nomĩa dicant̃. sicut
dicimus ꝙ ipa est intellectus. ratio. ingeni
um. memoria. voluntas. liberũ arbitrium
tñ hec nomina nõ dicũt aliquã distinctõꝫ
in essentia anĩe. sed differũt rõne. quia ipsa
dicit̃ intellectus ĩ quantũ apprehẽdit. ratio
in quantũ discernit. ingeniũ in quantũ in/
uestigat. memoria in quantũ ꝯseruãt. volũ
tas in quantũ appetit. libeꝝ arbitriũ in q̄n
tũ eligit. Hec aũt oĩa reducunt̃ ad duas
rõnes generales scꝫ cognoscẽdi ⁊ affectan
di. a q̃bus due potẽtie denominant̃. scꝫ in/
tellectiua ⁊ volitiua. de q̃bꝫ ⁊ ṗmo de intel
lectiua est agendũ.

Tertia ꝑs de intellectu agẽte ⁊ possibili

Intellectꝰ igit̃ scḋm Aristotilẽ diuidit̃
in intellectũ agentẽ ⁊ intellectũ possibilem
siue potentialẽ. Intellectus agens est potẽ
tia actiua intellectionũ. sed intellectꝰ possi/
bilis est potẽtia passiua nõ passione corru/
ptiua. sꝫ ꝑfectiua. scꝫ recipiendo in se intel/
lectiones ab intellectu agente. De ipso
aũt intellectu agente duplex est opinio. nã
quidã dicũt ꝙ est ipe intellectus diuinus.
Alij dicunt ꝙ est idẽ scḋm essentiã cũ intel
lectu possibili. sed dicit̃ possibilis. in quan
tũ est receptiuus. sed dicit̃ agens in quãtũ
est sua intellectuali oꝑatione actuatus Et
ad hũc sensuꝫ dicit̃ nobilior intellectu pos/
sibili. Secunda autẽ opinio vera est.
Prima aũt nõ negat̃. qꝛ ñ negamꝰ diuinuꝫ
intellectũ agere ad nostrã intellectõeꝫ ĩmo
oportet ipm ṗncipalit̃ ꝯcurrere. cũ in oĩ
actõe oꝑteat eẽ aliqḋ agẽs nobiliꝰ passo.

Quarta pars de intellectu speculatiuo ⁊ practico.

Intellectus insuper diuidit̃ in ītellectū speculatiuū ⁊ practicū. Et dicit̃ speculatiuus in quantū cognoscit veꝝ in rōne veri. practicus aūt in quantū cognoscit verū in rōne boni. Uel dicit̃ speculatiuꝰ scʒ in quātū finis eiꝰ est cognitio. sed dicit̃ nō speculatiuus siue practicus in quantū finis eiꝰ est operatio. Ul' magis ꝓprie loquēdo dicitur speculatiuꝰ in quātū est ꝓductiuus noticie speculatiue. Practicus aūt in quātū est ꝓductiuꝰ noticie practice. De quaꝝ noticiarum differentia postea dicetur inferius

Intellectus aūt practicus diuidit̃ ī synderesim rōnem ⁊ ꝯscientiā. Unde in sylogismo practico synderesis ꝓponit maiorem. sicut ꝙ nullū malū est faciendū. ratio aūt assumit minorē. scʒ hoc est malum. ⁊ ꝯsciētia cōcludit ꝯclusionē scʒ ħ nō est faciēdū. Et sic synderesis est circa vniuersalia ꝑncipia in q̄bus ꝯmuniter nō cōtingit errare. ideo synderesis nūq̄ȝ totaliter extinguit̃. Ratio aūt est circa ꝑticularia circa que quādoq̄ȝ est error. ⁊ inde sequit̃ ꝙ ꝯscientia est erronea. Ratio aūt diuidit̃ in partē superiorem ⁊ inferiorē. nō ꝙ in ea sint ꝑtes distincte sʒ sicut oculo eodē videmꝰ sursum ⁊ deorsum sic dicit̃ portio supꝉior que ratiocinatur de diuinis ⁊ eternis. Et si hoc sic soluȝ speculatiue vocat̃ intelligētia. Dicit̃ autem portio inferior que ꝯcinat̃ de temporalibꝰ ⁊ transitoriis. Predicta ħo noīa a doctꝭ q̄nq̄ȝ sumunt̃ vt īportant nō solū potētiam cognoscitiuā. sʒ etiā potētiā affectiuā. Capiunt̃ etiā equiuoce q̄nq̄ȝ ꝓ ipa potētia. q̄nq̄ȝ ꝓ oꝑatione ipius. Quinta ꝑs de ꝯꝑationibꝰ sensus vel intellectus.

Nō sunt aūt hic ꝑtermittende quedā cōꝑationes quas Aristotiles ponit inter sensuȝ ⁊ intellectū. Prima est ꝙ sicut sensus reducit̃ ad actū a sensibili sibi obiecto. sic intellectus ab intelligibili siue a fantasmate vel obiecto. Scd̄a est ꝙ tam sensus q̄ȝ intellectus quodāmodo patit̃ ab obiecto nō tn̄ passione corruptiua vel generatiua substantie. Tertia ꝙ ꝑmꝰ actꝰ vtriusq̄ȝ ē simplex differentie. id est sine ꝯplexione. ⁊ nō ē differentie affirmatiuū vel negatiuū.

Quarta ꝙ vterq̄ȝ preaffirmās aliq̄d esse delectabile vel tristabile mouet appetitum ad ꝓsequendū vel fugiendū. Quinta ꝙ vtrobiq̄ȝ fit appetitus mediante iudicio. scʒ de bono vel malo. tamē differenter. q2 sensus nō aspicit nisi ad p̄sens. intellectꝰ autem ad futuꝝ. ideo quādoq̄ȝ qđ est p̄sentialiter delectabile dimittit ꝓpter ꝯsiderationē iusticie future. Sexta ꝙ in eis appetitiuū id est ꝓsecutiuū ⁊ fugitiuuȝ nō differūt realit̃ ab inuicē nec a sensu vel intellectu. sed solum ratiōe. Septima ꝙ fantasmata sūt ītellectus. sicut sensibilia sensus. sic ꝙ sicut sensus nō sentit vel mouet sine sensibili. ita intellectus nō sine fantasmate. Octaua est ꝙ sicut obiectum generat speciē in sensu exteriori. postea in sensu ꝯmuni q̇ discernit sensibilia diuersa ⁊ sic est quodāmodo vnus ⁊ quodāmodo plura. sic fantasmata diuersa mouēt intellectū eundē existentē.

Nona ꝙ sicut in sensu si sit iudiciuȝ ꝙ hoc est bonū vel malū. appetitus mouetur ad ꝓsequendū vel fugiendū. sic per rationē fantasmatū. si intellectus iudicet bonū vel malū. appetitus intellectualis mouet̃ ad ꝓsequendū vel fugiendū. sed hoc differenter quia appetitus sensitiuꝰ mouet̃ naturaliter. sed appetitus intellectus libere. Decima ꝙ in vtroq̄ȝ contingit vere ⁊ false. componere ⁊ diuidere circa bonū vel malū. sʒ tamē differt bonū simpliciter vel apparens bonū. Unde ꝙ est p̄ntialiter delectabile. licet ad illud sequit̃ magnū malū. appareȝ sensui esse bonū. ⁊ intellectui nō solū ad p̄sentiam delectabile. sed aspiciēti apparet illud simpliciter esse malum. Undecima est ꝙ sensus nō sentit abstracte. sed intellectus intelligit abstracte. Sensus em̄ videndo curuū vel album non distinguit inter subiectum ⁊ curuitatē vel albedinē. inter que distinguit intellectꝰ. abstracte intelligendo hoc ab illo. nec etiaȝ sensus abstrahit a singularibꝰ. sed hoc facit intellectus. intelligēdo vniuersaliter. Duodecima est ꝙ intellectus in actu. id est intellectus agens ē idem qđ intellectus ⁊ intellectio. nō sic aūt de sensu. Et hoc intelligendū de ꝑmo intellectu agente. qui est intellectꝰ diuinꝰ.

Capitulū septimū.

Prima pars de potētia rōnali motiua.

v Iso de potentia anīe rationalis cognitiua. videndū est de potētia affectiua siue volitiua. Ipa nāq̄ȝ rō siue rōnal' aīa si iudicat aliq̄d eē bonum vl' malū ⁊ ibi sistit. dicitur eē cognitiua siue

intellectiua.si aūt procedit amplius .⁊ in/
dicat illud esse bonū vt fiat . dicit̃ motiua.
si vero adhuc ꝓcedit vlteriꝰ.⁊ nō solū iudi/
cat illud esse bonū vt fiat sed etiā illud appe
tat. dicit̃ affectiua siue volitiua. Est igi
tur vis aīe rationalis motiua multiplex . q̄
dam consiliatiua sicut sinderesis vel ratio
que iudicat aliquid esse bonum vt fiat.aut
malū vt nō fiat. quedā aūt est affectiua scȝ
ipa voluntas que appetit id qꝺ iudicat bo/
num.⁊ refutat id qꝺ iudicat malū. Quedā
vero imperatiua.scȝ libertas siue liberū ar
bitriū.que imperat illꝺ fieri qꝺ iudicat̃ bo
num. vel nō fieri qꝺ iudicat̃ malū Hec aūt
vtrāqȝ scȝ consiliatiuā ⁊ affectiuā ꝯplectit̃
vt patebit.nec tamē ista inter se aut ab ipsa
anima vel voluntate in re aliqualiter disti
guuntur.

Secunda pars de distinctione liber/
tatis.

Sed anteq̄ȝ de libero arbitrio dicamꝰ
sciendū est ꝙ libertas distinguit̃ triplex.sci
licet a necessitate. a pctō.⁊ a miseria . Pri/
ma est nature ⁊ tā bonoꝝ q̄ȝ maloꝝ. Secū
da est gratie.⁊ est solū bonoruȝ . Tertia est
glorie.⁊ est solū beatorū. Libertas autē
a necessitate distinguit̃ duplex sicut necessi
tas dupliciter dicit̃ scȝ necessitas coactio/
nis ⁊ necessitas īeuitabilis. Libertas a ne
cessitate violentie vel coactōis vocatur li/
bertas complacētie. Libertas a necessita/
te ineuitabilitatis vocatur ꝯtingentie.

Libertas aūt contingētie adhuc potest
distingui duplex.scȝ libertas indifferentie
⁊ libertas ꝯtradictōis. Oīs em̄ libertas
indifferentie est libertas ꝯtradictionis. nō
econuerso . quia dicit̃ libertas indifferētie
quādo volūtas est sic indifferens ꝙ nō ma
gis inclinatur ad vnā partē ꝯtradictionis
q̄ȝ ad aliā. Modo stat ꝙ aliq̇s habituatus
in aliqua ꝟtute sicut tꝑantie habet liberta/
tem ꝯtradictōis ad agendū vel nō agendū
ꝭm illā virtutē ⁊ tamē nō habet libertatem
indifferētie.quia magis ꝓnus ⁊ magis in/
clinatus est ad opus virtutis. Oīa au
tē ꝑdicta noīa q̄modocūq̄ȝ capiat̃ libertas
supponūt ꝑ eadē re.scȝ ꝑ ipa volūtate . non
tn̄ sunt synonima. qꝛ in diuersis acceptio/
nibꝫ diuersa hn̄t ꝯnotata . Nam libertas a
peccato supponit pro volūtate.cōnotando
eam esse in gratia. Libertas a miseria ꝯno
tat eam esse sine pena Libertas a necessita
te ꝯnotat eam nō posse necessitari . Liber/
tas indifferentie ꝯnotat eā no n magis in/
clinari ad vnū oppositoꝝ q̄ȝ ad reliquū. Li
bertas contradictionis vł oppositionis cō
notat eā simpliciter posse in vtrūq̄ȝ opposi/
torum. In proposito autem cū loquimur
de libero arbitrio intelligimus de liberta/
te contingentie contradictionis siue oppo/
sitionis.

Tertia pars. de conditionibꝫ volūta/
tis.

Anteq̄ȝ vero inquiramꝰ que sit forma/
lis ratio huius libertatis.enumerande sūt
alique conditiones ipius voluntatis

Prima est ꝙ voluntas non est solū po
tentia passiua.sed actiua . nec solum opera
tionū exteriorum.immo suorū interiorum
actuum qui sunt volitio vel nolitio.

Unde posset diuidi voluntas in volū
tatem agentē ⁊ voluntatem possibilē.con/
similiter intelligendo sicut supra dictum ē
de intellectu. Si enim voluntas foret pas
siua tantū.non esset in sua libera potestate
velle et non velle presente obiecto quia nō
est in potestate passiui pati ⁊ non pati prin/
cipio actiuo disposito ⁊ sufficienter appro/
ximato. Secunda est ꝙ volūtas est pas
siua non solum ab obiecto sed etiam ab in/
tellectu.a sensu.⁊ appetitu sensitiuo. De ob
iecto patet quia est causa partialis volitio/
nis vł nolitionis. De intellectu patet.quia
noticia intellectualis concurrit ad actꝰ vo
luntatis vt apparebit ex dicendis. De
sensu auteȝ ⁊ appetitu sensitiuo. patet quia
sensus mouet intellectū cum representat ei
speciē mediāte qua mouet̃ ad intelligendū
Appetitus etiā sensitiuus ipm mouet cum
de suo obiecto sepe intellectus aliter ⁊ alit̃
iudicet.scꝺȝ qꝺ appetitus sensitiuus est ali/
ter.⁊ aliter affectatus. Unde dicit̃ scꝺo re/
thorice . ꝙ non eadē videntur amantibꝫ et
odientibꝫ.neq̄ȝ iratis ⁊ mansuete se haben/
tibus. Sic ergo sensus ⁊ sensitiuus appeti
tus ꝑmo mouēdo ipm intellectū mediāte
ipo mouet voluntatē.qꝛ voluntas nata est
moueri ⁊ diuersificari quo ad eiꝰ actū scꝺȝ
alterū ⁊ alteꝝ intellectꝰ iudiciū. Tertia
est ꝙ volūtas nō solū in seipam actiua ē vo
litōis vł nolitōis. sȝ etiā mediātibꝫ actibꝫ illꝰ
actiua ē in ītellectū.ī sensuȝ.⁊ ī appetitū sen
sitiuū. ꝺ ītellectu.⁊ ꝑ ꝯn̄s a fortiori ꝺ sensu
patȝ ꝓpositū.qꝛ aliter amor ⁊ odiū non per

nerterent iudiciū.cuiꝰ oppositum experimur.
Potest ergo volūtas mouere intellectuȝ ⁊
sensum.nō tamē sic q̄ simpliciť per suū im/
periū sine alio motiuo possit in eis causare
assensum vel dissensuȝ.quia tūc possemus
libere assentire vel dissentire quibuscunq̄ꝫ
vellemꝰ.quod experimur eē falsum. Sed
tamē potest hmōi assensum vel dissensum
in aliquib9 partialiter ꝯcausare. ⁊ ꝓ conse/
quēs appetitū sensitiuū mouere. cū natꝰ sit
īmutari ab īmutatione iudicij. Quar/
ta ē q̄ volūtas ñ fertur in incognitū.q⁊ ap/
petitus animalis differt ab appetitu natu/
rali in hoc q̄ nō fertur ī obiectū nisi cogni
tum.Appetitus aūt anīalis rōnalis qui est
ip̄a volūtas differt ab appetitu animali sen
sitiuo.in hoc q̄ nō fertur in obiectū nisi co
gnitū cognitione intellectuali. Uolūtas ḡ
dicitur appetitus cognoscitiuꝰ. nō quia co
gnoscat.in quantū ei ꝯuenit ratio appetitꝰ
sed quia actus ip̄ius consequiť cognitiōeȝ
primā sui obiecti. Quinta est q̄ volun/
tas nō fertur in malū in quātū malū quia
obiectū appetitus est bonū vel apparēs bo/
num.ideo nō potest velle illud in quo nul/
la apparet ītellectui ratio bonitatis. nec po
test nolle illud in q̄ nulla apparet ratio ma
licie seu fugibilitatis. licet possit illud non
velle ⁊ actū suū differre vt prius fiat inqui
sitio si apparenti bonitati sit aliqua malicia
ꝯsequens vel ꝯnexa. Potest tamē velle illd̄
quod aliquo modo apparet malū.⁊ nolle il
lud quod aliquo modo appareȝ bonū.sicut
velle adulteriū ratione delectatōis. vľ nol
le ip̄m rōne inhonestatis. Nō potest ḡ vo/
luntas velle ꝯtra vel p̄ter totale iudiciū in
tellectus.licet contra vel p̄ter ꝑtiale iudici
um. Non eīm potest sic ad opposita.q̄ possit
velle malū sub rōne mali. aut nolle bonuȝ
sub rōne boni.sȝ pōt nō velle quod p̄ma fa
cie apparet bonū.⁊ non nolle qd̄ p̄ma facie
apparet malum.⁊ etiā potest illud velle aut
nolle in quo simul apparēt rationes boni ⁊
mali. Sexta est q̄ volūtas licet possit
ab obiecto allici ⁊ difficultari.nō potest tm̄
simpliciter cogi. Ratio aūt quare volūtas
nō cogitur bono. sicut intellectus vero.ab
aliquib9 esse diciť quia nihil est ita bonum
saltē p̄ter bonū p̄mū.in quo nō sit aliquid ī
ꝑfectionis.aut salteȝ apparere possit. Ideo
volūtas tali bono nō cogiť adherere. Sȝ
aliquid est ita verū.q̄ in eo nihil est aut ap
paret esse falsitatis.ideo tali vero intellectꝰ
cogitur assentire. Hec aūt ratio persuasiua
est non euidens.

Quarta pars.de inquisitione libertatꝭ.

Hijs ergo presuppositis inquiramꝰ in
quo consistit formalis ratio libertatis . nō
tamen intelligamus voluntatē sic esse libe
raȝ q̄ libertas sit aliqua res ab ea distincta
⁊ sibi superaddita.sicut accidens in substā
tia. Nam sicut anima intrinsece ⁊ essentia/
liter est volitiua sic est intrinsece ⁊ essentia/
liter libera . ita q̄ nō stat per aliquā poten/
tiam ip̄am esse ⁊ non esse liberam Hoc aū
tem supposito dicamus q̄ aliquid esse libe/
rum potest imaginari multipliciter. Uno
modo quia illud se solo nullo alio requisi/
to potest in suū actū.⁊ sic solus deus est li/
ber scd̄m veritatē fidei.quicquid murmu/
rent philosophi. Alio modo quia ⁊ si aliud
ab eo requiratur.tamē illud est in sua liber
tate primo modo. ⁊ sic nulla creatura est li
bera vt satis patet. Tertio modo quia po/
sitis om̄ib9 requisitis ad suū actū contingē
ter eis coagit ⁊ potest agere.⁊ potest nō age
re.⁊ sic ꝯmuniter dicitur q̄ potentia ratio
nalis est libera . quia sic potest ad opposita.

Sed sine assertione temeraria. videtur
scd̄m fidē q̄ in hoc nō consistit formalis ra
tio libertatis . nec per hoc differt agens li/
berū ab agentibus naturalib9 nō liberis. ī
mo hoc est cōmune om̄ib9 agentibus crea/
tis q̄ om̄ib9 positis ad suā actionē requisi
tis cōtingenter ⁊ nō necessario coagāt ita
q̄ possint suū effectū agere ⁊ nō agere. Uer
bigratia. Ignis quibuscunq̄ꝫ causis posi/
tis contingenter eis coagit.⁊ potest produ
cere ⁊ potest non producere ignem.

Hoc autem probatur esse verum ex tri
bus veritatib9 catholicis. Quarū prima ē
q̄ nō stat aliquid fieri ab aliquo ⁊ illud nō
fieri a deo. Secunda q̄ non stat aliquid fi
eri a deo. ⁊ illud nō contingēter fieri ab eo
Tertia q̄ non stat aliq̄d ꝯtingenter fieri a
deo. ⁊ illud necessario siue non contingen/
ter fieri ab alio . Ex quib9 manifeste sequiť
q̄ nulla causa scd̄a siue naturaľ siue libera
necessario aliq̄d facit. īmo ita ꝯtingenť sicͤ
cā p̄ma. Si q̄s ƀo dicat q̄ licet ignis oī
bus causis req̄sitis positis ꝯtingēter coa/
gat eis.ita q̄ absolute pōt nō agere. tamē h̄
non potest de cōmuni cursu nature.sic aūt
nō est de libera voluntate. Hoc iō nō vide

96

tur valere. q: cū iste ꝯmunis cursus nature dependeat ex dei volūtaria dispositione ⁊ potuerit ipm aliter ordinare ⁊ adhuc possit ad placitū imutare. nō eēt ipi voluntati essentialis cōditio libere agere. sȝ accidētalis ⁊ aduēticia dispositio. cuiꝰ ꝯtrariū a ꝓncipio supposuimus.

Quinta pars de formali ratione libertatis.

Dicamus igitur ⁊ ex premissis concludamus ꝙ licet ad libertatē requiratur ꝙ sit potentia sue operationis productiua cōtingenter. hoc tamē nō sufficit nec in h̄ ꝯsistit ratio libertatis adequate ⁊ formaliter.

Sȝ difficile est videre q̇d vltra hoc req̇ritur. Ad cuius tamē intelligentiā est sciendum ꝙ deū aliquid ꝓducere libertate contingentie de qua loquimur tria ꝯnotat vel importat. scȝ deū suū ꝓductū intelligere. ⁊ ipm intelligēdo velle. Deus eīm nihil ꝓducit nisi intelligēdo ⁊ volendo. nō tamē quicquid intelligit aut vult iō ꝓducit. cū seipm maxime intelligat ⁊ velit. Illud ergo nō sufficit. sed vltra ad ipm aliq̇d libere ꝓducere requirit̄. ipm hmōi actū intelligēdi ⁊ volēdi ad suū effectū ꝯtingenter applicare. h̄ est suū effectū ꝯtingēter intelligere ⁊ velle fieri vel esse. Cū igitur in h̄ ꝯsistat ratio diuine libertatis formaliter. ⁊ libertas ī deo dicat ꝑfectōȝ simpl'r. ⁊ libertas ī creatura dicat ꝑfectionē ꝯsimilis denomīatōis. sequitur ꝙ libertas in deo ⁊ in creatura sunt cōsimilis ratōis. ⁊ ꝑ ꝯsequēs illa sola creatura erit libera que respectu sui effectꝰ cōsimilem modū habet ꝓncipiandi cuȝ libertate diuina. talis aūt est rōnalis creatura que intelligendo ⁊ volendo ꝓncipiat ꝯtingent̄.

Vn̄ potest trahi breuis descriptio libertatis. scȝ ꝙ libertas est potētia intellectiua ⁊ volitiua sui effectus ꝓductiua ꝯtingēter. ⁊ aliq̇d libere agere est illud intellectiue et volitiue ꝯtingēter ꝓducere. Cui descriptioni ꝯcordant antiq̇ doctores catholici dicentes. ꝙ libertas est facultas rōnis ⁊ voluntatis. Vn̄ ⁊ liberꝝ arbitriū dicit̄ seu potius arbitriū liberꝝ. arbitriū quantū ad rationē. liberū quantū ad volūtatē. Ex q̇bus sequit̄ ꝙ nihil vere ⁊ ꝓprie potest fieri libere nisi ꝑtialiter fiat ab intellectuali cognitione. Aliq̇d aūt fieri libere potest dici dupliciter. Uno mō vere. alio mō interꝑtatiue. Uere libere dicitur aliq̇d fieri qn̄ est in potestate volūtatis ⁊ ꝑ̄cedit ipm deliberatio vel operatio rōnis. Interꝑtatiue vero quādo deliberatio vel ratiocinatio hmōi ē in potestate volūtatis. sed tn̄ nō deliberat. imo vnā partē elicit quasi mō nature ex habitu vel impetu ꝯsuetudinis. sicut patet in multis. Et hec dicta sint de aīe potētijs.

Capitulū octauū.

Prima ꝑs de ordine dicendorum.

p Ostq̄ȝ dictū est de aīa. ꝯsequenter dicendū est de hijs que sunt in ea. Tria aūt sunt in aīa vt dicit phīlosophus scdo ethicoꝝ. scȝ potētie. habitꝰ. ⁊ passiones. sȝ different̄ quoniā vt supra dictum est potentie aīe ꝓncipales sunt in ea idemptice. hoc est sunt idē cū ea. sȝ habitus ⁊ passiones sunt in aīa inhesiue. Cū ergo de potētijs dictū sit. dicendū est de habitibus ⁊ passiōibꝫ. Quia vero Aristotiles ibi solū enumerat ea que sunt in aīa scd̄m eiꝰ partē appetitiuā in q̄ est virtus moralis. de qua ibidē tractat. ideo nō est credendū q̇n in aīa ponendi sint aliq̇ actus qui nō sūt habitus vel passiones. Et etiā scd̄m aliq̇s in ea sunt ponende ꝑ̄ter hmōi actus alique ꝑ̄uie species. Quare de oīibꝫ istis ꝑ ordinem. ⁊ ꝓmo de speciebꝫ. postea de actibꝫ habitibꝫ ⁊ passionibꝫ est dicendū. Secūda pars de h̄ noīe species.

In ꝓmis aūt sciendū est ꝙ licet h̄ nom̄ species multiplicit̄ sit eq̇uocū. tamē adhuc vt ꝑtinet ad materiā de notitijs d̄ qua tractamus quadrupliciter solet capi. Primo modo ꝯmunissime pro oīi forma ad noticiā habendā ꝯcurrēte. ⁊ sic quandoq̄ȝ ipa forma obiecti qd̄ cognoscit̄ dicit̄ species. Secūdo mō ꝓ oīi forma que ē aliquo mō ratio cognoscēdi aliquā rem. ⁊ sic ars ⁊ alij habitus cognoscitiui quādoq̄ȝ dicuntur species. sicut patet septimo methaphisice. Tertio mō ꝓ oīi forma que ē similitudo ⁊ imago rei cognite ⁊ ꝑ hāc res illa cognoscitur. ⁊ sic ipsa actualis noticia quādoq̄ȝ dicit̄ species. Quarto mō sumitur specialiter ⁊ ꝓprie ꝓ forma que est similitudo vel imago rei cognite manēs naturaliter in aīa. etiā postq̄ȝ ipa desijt actualiter cognoscere. apta nata ducere animā in noticiā rei cuiꝰ ipa est imago vel similitudo. ⁊ sic sumit̄ in ꝓposito. De ꝓmo tamen modo bene dubiū est vtruȝ in medio sit aliqua species causata ab obiecto sensi-

bili q̄ sit ipius similitudo vel imago. Qua
re p̄mo videndū est de specie sensibili. si ali
qua sit in medio. postea de specie sensibili.
tam in sensu exteriori q̄ꝫ interiori. ⁊ tandez
de specie intellectuali.

Tertia ps de speciebꝫ in medio.

Est etiā cōmunis opinio ꝙ in medio ta/
les species sunt ponende ꝓpter rationē. ex/
perientiā. ⁊ auctoritatē. Propter rationez
quidez. quia nihil agit indistans. nisi p̄mo
agat ī mediū. nā. vij. phisicoꝝ dicit̄ ꝙ opor
tet monēs ⁊ motū ēē simul. scd̄m tactū. sed
sensibile agit indistans scꝫ in sensum. ergo
p̄mo agit in mediū ⁊ nō nisi suā speciē. igit̄
⁊c. Propter experientiā aūt. quia si radius
solaris transeat ꝑ vitrū rubeū color opposi
tus in pariete apparet rubeꝰ ⁊ non est color
verꝰ quia nō est in medio. cū nō sit suscepti/
uum eius. nec in pariete. cū sepe color pari
etis sit cōtrarius. experimur etiā speculuz
repr̄sentare rem aliquā sibi obiectā. ⁊ ꝑ ꝯse/
quens aliquid recipit ab ea. ⁊ nō ipam rez
ergo eius speciē. Propter auctoritatē vero
quia scd̄m Aristotilē scd̄o de anima. aliq̄d
patit̄ a colore. ⁊ odore. quod nō est natum
sentire. sed nihil est tale nisi mediū. igit̄ ⁊c.

Sed hijs nō obstantibꝫ est quorundā
opinio ꝯtraria. Et quia in ꝓposito videtur
maior difficultas de visibili q̄ꝫ de alio ob/
iecto sensibili. p̄mo dic̄ opinio ista ꝙ ab ob
iecto visibili nō causat̄ aliq̄ species. siue ali
quid in medio alterius rōnis ab obiecto.
quia talis pluralitas poneret̄ sine necessi/
tate. Tum q: talis species esset qualitas. ⁊
nō esset sub aliq̄ quatuor specieꝝ qualitatis
vt patet inductiue. Tū quia si esset aliq̄ ne
cessitas ponēdi talē speciē esset ꝓpter supra
dictā rationē. q: mouens ⁊ motū debēt ēē
simul scd̄m tactū. Sed h̄ nō oportet ēē vni
uersaliter veꝝ. q: ꝓiciens ⁊ ꝓiectū nō opor/
tet sic esse simul. nā ꝓiciens potest nō ēē mo
tu ꝓiectionis adhuc existente. iō nō oportz
mouens ⁊ motū simul ēē simultate locali.
sꝫ est intentio Aristotilis ⁊ ꝯmentatoris ꝙ
sunt simul simultate naturali vel virtuali.
ita ꝙ nō sit mediū impediēs ⁊ ꝙ sint in de/
bita approximatione. Secūdo ꝓpter ex/
perientiā p̄dictaꝫ de radio solari dicit ista
opinio ꝙ nūqꝫ ab obiecto visibili causat̄ a/
liquid in medio eiusdē rationis cū obiecto
Unde radius transiens per vitrū rubeuz
mediante colore vitri causat verū colorez
qui est eiusdē speciei cū colore vitri. q: alit̄
inter eos nō esset tanta similitudo vel ꝯue/
nientia si essent alterius speciei. Tertio
dicit ꝙ iste color nō est in pariete sꝫ in aere.
⁊ aliquādo in eo causat̄ ⁊ aliquādo nō Un̄
quando in medio illuminato nō p̄existunt
colores ꝯtrarij. causant̄ in eo tales colores
⁊ aliquādo in gradu intenso. ⁊ tūc possunt
videri. aliquādo in remisso ⁊ tunc nō pos/
sunt videri. ideo dicit cōmentator scd̄o de
anīa. ꝙ aliqua sensibilia sunt de sui natura
que ꝓpter suā debilitatē a sensu nō possunt
ꝯprehēdi. ⁊ sic patet quādo ⁊ q̄modo medi
um patit̄ ab obiecto visibili. Ulteriꝰ ꝓ/
pter expientiā de speculo dicit ꝙ nō est ibi
species aliqua. sꝫ ipmmet obiectū videtur
ibi ꝑ lineā reflexam. Un̄ etiā scd̄m opinio/
nem p̄mā si esset talis. species tamē nō esset
in speculo ꝓpter suā densitatem sed in aere.
Nam si esset talis forma in speculo. ipo fra
cto frangeretur. nec apparerent tot imagi/
nes quot sunt ꝑtes fracte. cū accideus di/
uidatur ad diuisionē subiecti.

Quarta ps de generalibus cōditionibꝫ
specierum.

Licet aūt vtraqꝫ p̄dictaꝝ opinionū sit ꝓ
babilis. tamē q: p̄ma est ꝯmunior. nec vidē
tur ꝑ secundā posse sufficienter saluari ap
parentie que fiūt maxime in speculis. iō se
quendo eā ponā aliquas ꝯditiones gene/
rales hmōi specieꝝ. postea aliquas specia/
les eaꝝ. Prima ergo ꝯditio est ꝙ tales
species sensibiliū ꝯtrarioꝝ ad inuicē nō cō
trariant̄. q: possūnt esse in eodem subiecto
scd̄m eandē partē subiecti tam in medio q̄ꝫ
in organo De medio patet q: si albedo ⁊ ni
gredo approximent̄ vni medio. vtraqꝫ in il/
lo videbit̄. ideo vtriusqꝫ species in illo reci
pitur. De organo ꝯsimiliter patet. Unō si
vnū albū ⁊ aliud nigrū oculo scd̄m eundē
situm p̄sentet̄ vtriusqꝫ species scd̄m eandē
partē oculi recipit̄. nec ex eis cōmiscebitur
vna media species. sicut in caliditate ⁊ fri/
giditate media tepiditas. Nec obstat ꝙ
per neutram iudicamꝰ albedinē ꝑfectā aut
nigredinē. sꝫ iudicamꝰ mediū colorē. sicut
si supra nigrū ponat̄ albū. nec apparz albū
nec nigrū sed fuscū. Huiꝰ em̄ ratio est. q: li
cet ille species nō sint ꝯtrarie in essendo. ta
men iudicia scd̄m eas sic essent ꝯtraria. sic
est de iudicijs ꝓpositionū ꝯtrariaꝝ vel con
tradictoriaꝝ. Cū igit̄ iste species albedinis

⁊ nigredinis sint simul in oculo indisticte
scđm situm. ⁊ sensus nõ iudicet pluralita-
tem vel diuisionẽ rerꝝ. nisi scđm diuersos si
tus suarũ specierꝝ in eo receptarꝝ. ideo sen-
sus indistincte hoc qđ videt iudicat vnũ. ⁊
nõ potest iudicare ħ albũ ⁊ nigrũ. vt dictũ
ẽ. quare species albi ⁊ species nigri cũ neu
tra possit efficere suũ iudiciũ. q̃ agunt ĩ idẽ
subiectũ. ipe simul efficiũt iudiciũ mediuz
scꝫ ꝙ hoc est fuscũ vel pallidũ. Secũ-
da ꝯditio ẽ ꝙ tales species nõ sentiunt̃ nec
sensu ꝑcipiunt̃. q̃ cũ ille ĩmediate causent
sensationẽ q̃ꝫ q̃litates sensibiles si sentiren
tur ipe ĩmediatꝰ q̃ꝫ sua obiecta sensu ꝑci-
perent̃ cuiꝰ oppositũ experimur. Non ergo
dicunt̃ species sensibiles q̃ possint sentiri.
sꝫ q̃ ab eis põt sensatio causari. Tertia
ꝯditio est. ꝙ tales species a qualitatibꝫ sen
sibilibꝫ a q̃bus causant̃ sunt alterius rõnis
patet ex duabꝫ p̃dictis. sed vtrũ sint alteriꝰ
rõnis vel speciei species in medio ⁊ in sen
su aut exteriori vel ĩteriori organo oĩno du
biũ est. Quarta ꝯditio est ꝙ tales species
sunt reductiue de tertia specie q̃litatis. sũt
eñ passiones vel passibiles qualitates. nõ
quia sint ꝓprie sensibiles vt dictũ est. sed q̃ a
sensibilibus causate nate sunt causare sen-
sationes. Quinta ꝯditio ẽ ꝙ tales speci
es habẽt in medio equalẽ resistẽtiã. Potest
aũt in aliqua mutatione resistentia multi-
pliciter imaginari. Uno mõ rõne ꝯtrarie-
tatis naturalis. cũ eñ q̃libet ens natura-
liter appetat ꝑmanere. vnũ cõtrariũ resistit
alteri ꝯtrario tanq̃ꝫ ipius corruptiuo. ⁊ ta
lem resistentiã nõ habent in medio species
sensibiliũ cũ nõ habeant ꝯtrariũ vt dictuz
est. Alio mõ rõne ꝯtinuitatis corꝑalis Cũ
eñ virtus vnita fortior sit ipa diuisa quod
libet ꝯtinuũ appetit esse vnũ. iõ resistit diui
denti ipm. Tertio mõ rõne situatõis loca-
lis. Cũ eñ aliq̃d est in loco vel situ sibi na-
turali naturaliter appetit ibi quiescere. iđo
resistit mutatõi. scđm quã oportet ipm a ta
li loco moueri. ⁊ talẽ resistentiã nõ habent
species in medio. q̃ ad multiplicatõꝫ ipaꝝ
nõ oportet mediũ diuidi vł moueri a loco
suo. nisi forte ħ haberet locũ ĩ sono. de quo
postea patebit. Quarto mõ potest imagi-
nari resistentia licet minus ꝓpria rõne indi
spositõis suscipientis. q̃ subiectũ nõ ẽ suf-
ficient̃ dispositũ ad receptionẽ talis muta
tionis vel forme generabilis ⁊ sic manife-
stum est ꝙ mediũ bene resistit generationi
specierꝝ sensibiliũ. sic eñ densitas ⁊ opaci-
tas resistũt speciebꝫ lucis vel coloris ⁊ eas
reflectunt. ⁊ sic ꝓportionaliter de aliis.

Sexta ꝯditio est ꝙ tales species ꝓpter p̃
dictã resistentiã nõ habent in medio gene-
rationẽ successiuã. ꝙ eñ ex tali resistentia
nõ ꝓueniat successio satis patet. si ponatur
scđm Aristotilẽ instantaneã esse luminis
generationẽ. cũ tamẽ habeat resistentiã ta-
lem. Nec ergo resistentia nõ operat̃ tardi-
tatem generationis vel multiplicatõis li-
cet peruitatẽ vel remissionez dispositionis
generabilis. ita ꝙ a candela eque cito illu-
minabitur extensiue aer grossus sicut purꝰ
licet nõ eque intense.

Quinta pars de specialibꝫ ꝯditõibꝫ spe-
cierum.

Post has pono alias ꝯditões speciales
hmõi specierꝝ.

Prima est scđm Aristotilẽ. ꝙ lumen vel
species lucis. ⁊ pari rõe species coloris mł
tiplr̃ in ĩstãti. nõ intelligẽdo ꝙ sit ĩstãs ali
quod qđ sit ꝑs tẽꝑis indiuisibilis. sꝫ aliq̃d
dicit̃ instãtanee generari quod generat̃ to-
tuz simul. ita ꝙ nõ ꝑus vna eius ꝑs q̃ꝫ alia
nec gradualis nec quantitatiua ⁊ sic videt̃
esse intentio Aristotilis scđo de anima. ꝙ
generatio luminis sit instantanea vbi reꝑ-
hendit empedoclez dicentẽ oppositũ. ⁊ idẽ
videtur sentire de generatione delectatio-
nis. septimo eth. Sed salua Aristotilis
reuerentia ꝙ alicuius rei generatio. natu-
raliter sit aut esse possit illo modo instanta
nea nõ credo esse verũ. ideo ad saluandum
Aristotilẽ aliqui dicunt ꝙ fuit eius inten-
tio illud asserere nõ cathegorice simplicit̃
sed ꝯditionaliter. scꝫ ꝙ si lucidũ instãtanee
applicaret̃ ad mediũ lumĩs receptiuũ instã
tanee illuminaret ipm. Siue aũt hec fue-
rit Aristotilis intentio siue nõ. adhuc tam̃
hoc est oĩno dubiũ nec est efficaciter ꝓba-
tum. Potest tamẽ hmõi lumĩs multiplica
tio intelligi instantanea. nõ scđm veritatez
sed quantũ ad nostrã ꝑceptibilitatez. quia
scꝫ in ea nõ possumus sensu ꝑcipere succes
sionẽ. Secũda ꝯditio est ꝙ species so-
ni temporaliter multiplicat̃ ⁊ successiue cũ
quodã motu aeris. ⁊ quasi circulari inun-
datione quia sonus generat̃ ex veloci ⁊ vio
lenta fractione aeris. vnde fiunt inundati
ones in eo. sicut a lapide in aqua proiecto.

Non est tamen verisimile ꝙuis oppositum videat Aristotiles sentire ꝙ aer sic localit mouea usq ad omnē distantiā ad quā sonus audit. tū quia nō apparet quō ita velociter impelleret. tū qꝛ oporteret ꝙ quādoq motib oppositis moueret. tum qꝛ faciliter ꝯdensat ⁊ repcutit. ideo videt ꝙ in aere quiescente ad aliquā distantiā possit species soni multiplicari. et postea sine speciali corrūpente ex defectu ꝯseruantis corrūpi.

Tertia ꝯditio est species odoris ad aliquā distantiā multiplicatur nō realiter sed spiritualiter siue intentionalit. Sunt eñ quedā corpa odorifera a quib fit quedam exalatio siue fumalis euaporatio. ī quo fumo est realis odor. ⁊ hoc vocamꝰ odorē mltiplicari realiter. Sed cū aliqua sint corpora valde odorifera ⁊ longo tpe. ⁊ ad longam distantiā que nō sunt multū fumabilia. ⁊ que nō possent suū fumū ita cito ꝑ illam distantiā transfundere sicut odor sentitur. Jdeo verisimile est sicut dicit ꝯmentator ꝙ vltra talem fumū mltiplicet species odoris ī aere sine tali fumo. ⁊ h̄ vocamꝰ odorē multiplicare spiritualit. Dicit enim talis species nō realis sꝫ spiritualis. nō qꝛ sit vera res. sꝫ quia est īsensibilis. Quarta ꝯditio est ꝙ species qualitatū tangibiliū ⁊ similiter gustabiliū habent multitudinē minus velocē. ꝙ species aliaꝝ qualitatum sensibiliū. ⁊ hoc forte ideo ingeniauit natura. quia ille qualitates siue earū substantia maiꝰ possunt aniab inferre nocumentum

Capitulū nonū.

Prima pars de speciebus sensus exterioris.

Jsto de specieb in medio vidēdū

v est de specieb in sensu vel organo

Et ꝑmo ꝙ in sensu exteriori sint species aliqui ponūt ꝓpter ista motiua ꝑncipalit. Primū quia potentia sensitiua corrūpitur per excellentiā sensibilis. Secundum quia aliq̄d remanet post actū videndi. Tertiū quia oportet ꝑus aliq̄d fieri in medio. Et ad hec sunt experientie naturales ⁊ philosophoꝝ auctoritates. Sꝫ hijs nō obstantib dicūt alij sine talib speciebꝫ om̄ia posse saluari. Uñ ꝑmo ponunt ꝙ in sensu. verbigratia ī visu impmit quedaꝫ qualitas ꝯfortans vel debilitans visum. ⁊ aliquādo excecās que nec est species nec visio nec obiectū nec ꝑncipiū visionis q̄ aliquādo plus ⁊ aliquādo minus manet. ⁊ aliquando vsq in finē vite durat. sicut patꝫ in illo quē excellens sensibile excecat.

Quarto dicendũ est ꝙ talis substãtia ẽ cognoscibilis in aliq̃ ꝯceptu simplici ⁊ absoluto. nõ aũt ꝓprio sꝫ ꝯmuni ⁊ ꝯfuso. quia om̃is ꝯceptus ꝯnotatiuꝰ aliquẽ ꝯceptum absolutũ p̄supponit cui attribuit̃. sicut album attribuit̃ alicui absoluto. siue sit cõceptus entis siue substantie siue aliꝰ cõceptꝰ specialis. vt patet ex eius descriptõe q̇d nominis. Et ideo cũ deꝰ vel alia substantia sepata sit ꝯgnoscibilis in ꝯceptu ꝯnotatiuo oportet ꝙ sit cognoscibilis in ꝯceptu absoluto ⁊ simplici sibi ⁊ aliis ꝯmuni. Immo talis res p̄us cognoscit̃ in tali ꝯceptu simplici q̄ꝫ ꝯplexo. Verbigr̃a in exemplo p̄us posito de intellectõe substãtiaꝝ separataꝝ. Nã ꝯceptũ substantie formamꝰ ex noticia substãtiaꝝ sensibiliũ. ꝯceptũ aũt intellectualitatis habemꝰ ex noticia nostri intellectꝰ. ꝯceptũ aũt corporeitatis ⁊ materialitatis formamꝰ ex corporibꝫ q̃ videmꝰ. ac ꝑ consequens ꝯceptũ negatiuũ formare possumꝰ siue ex rebꝫ illis siue ex rebꝫ imaterialibꝫ ⁊ icorporeis exñtibꝫ in nobis. Cõstat autẽ ꝙ q̇libet p̄dictoꝝ ꝯceptuũ simpliciũ est ꝯmunis etiã substãtiis sepatis ⁊ nullꝰ ꝓprius eis ⁊ sic in q̇libet taliũ p̄us cognoscunt̃ substãtie hmõi q̄ꝫ in ꝯceptu ꝯplexo absoluto proprio siue incõplexo ꝯnotatiuo ꝓprio illis.

Vñ patet ꝙ oportet eẽ aliquẽ ꝯceptuz simplicẽ ꝯmunẽ deo ⁊ creaturis absolute ⁊ essentialit̃ p̄dicabilẽ de illis. siue sit ꝯceptꝰ substãtie vel entis. vel alius specialis. Aliter em̃ nõ possꝫ saluari ꝙ sit naturalit̃ a nobis cognoscibilis. Et hec de actibꝫ cognoscendi a sapientibꝫ recollecta sufficiant.

Capitulũ. xiij.

Prima ꝑs de quiditate actꝰ volendi.

Dicto de actibꝫ cognoscitiuis. dicendũ est de actibꝫ appetitiuis Et quia actꝰ appetendi sensitiui appropriate vocant̃ passiões. de quibꝫ postea specialiter est dicendũ. ideo nũc solũ de actibꝫ volitiuis est dicẽdũ. Quia vero actꝰ hmõi

a quibꝫ illuminatur appetitus rõnalis seu voluntas sunt volitio ⁊ nolitio. idcirco ꝓmo inquirendũ est quid sit talis actus ⁊ an sit realiter cognitio De hoc aũt quidã dicũt ꝙ omnis volitio est quedã ꝯplexa cognitio. licet nõ ecõuerso. quia ponũt ꝙ oĩs volitio vel nolitio est quedã oratio mentalis optatiui modi vel equalẽs tali orationi. Verbigratia tali mentali. Utinã haberẽ hoc. vel vtinam fieret hoc vel ꝯsimilit. Alij vero dicunt ꝙ licet om̃is volitio vel nolitio sit q̃dam cognitio. tamẽ aliqua est incõplexa vt volitio qua volo aliqđ bonũ Alia est ꝯplexa vt illa qua volo aliquid eẽ. Etiã aliqua est assensus. vt volitio qua gaudeo ꝙ inimicus est mortuꝰ. Alia aũt est ꝯplexa que nec est assensus nec dissensus vt volitio q̃ opto esse beatꝰ. Noticie em̃ optatiue ⁊ depcatiue nõ sunt vere vel false. sole aũt ille sunt assensus que sunt vere vel false. Hec aũt opinio fundat in hoc ꝙ oĩs volitio vł nolitio ⁊ generaliter oĩs actus appetendi videt eẽ quedã expentia sui obiecti. Aliter em̃ non apparet q̃liter esset actus vitalis plus q̃3 species ꝓuia om̃i actui vel habitꝰ infusus respectu sui obiecti. ſ3 oĩs expientia alicuius obiecti siue apprehensio. est q̃da3 ipiꝰ cognitio. q̃re ⁊c̃. Uñ si nõ sic eẽt ania posset amare incognitũ. q2 si eius amor nõ eẽt realiter cognitio. vnũ poss3 saltẽ p absolutã dei potentiã ꝯseruari sine reliq̃. S3 hijs non obstantibꝫ est cõis opinio ꝯtraria. nã videtur ꝙ supflua ponat ipa volitio vel nolitio esse noticia. Cũ scõm sic ponẽtes respectu eiusdẽ obiecti. ⁊ in eodẽ subiecto semp sit alia noticia om̃ino idẽ significãs ab illa distincta p quã id eque pfecte cognoscit. sicut cũ alia ⁊ sine qua naturalit p aliam nõ cognoscit res ipa. q̃re ⁊c̃. Cũ etiã aliquid de nouo volumus qđ ꝓus ꝯgnoscebamꝰ. nõ expimur aliã noticiã habere vł aliter rem cognoscere q̃3 ꝓus cuius oppositũ ꝯtingit in alijs noticijs ⁊ actibꝫ. Quare cũ p expientiã nõ possit ꝯuinci talis multitudo noticiaꝝ nec per efficacẽ rationẽ aut cogentẽ auctoritatẽ. videtur ꝙ hoc ponere sit oĩno supfluũ. Nec em̃ ad hoc ꝯuincit motiuũ oppositum. q2 nõ oportet ꝙ oĩs actꝰ appetendi sit quedã experientia sui obiecti. imo hoc assumere ẽ petere ꝑncipiũ. nec iõ dicit actus vitalis. sed q2 est actꝰ secũdus ⁊ ꝓpria opatio vite seu vitalis potẽtie Nec id qđ infert aiam p dei absolutã potentiã posse amare incognitũ. pbatur eẽ impossibile. licet hoc nõ sit possibile de potẽtia naturali. ex eo ꝙ noticia obiecti est naturaliter causa pcialis effectiua actꝰ volẽdi quare nõ põt naturalit eẽ respectu incogniti.

Secunda pars de actibus diligendi et odiendi.

Hijs aũt ꝓmissis dicendu3 est specialiꝰ de actibꝫ volũtatis. Dicamꝰ ergo ꝙ cũ oĩs actus volũtatis sit volitio vel nolitio scđ3 om̃es. seu ꝓsecutio vel fuga. vt innuit Aristotiles sexto ethicoꝝ. q̃ noĩa idẽ significãt. Et cũ om̃is volitio sit dilectio. ⁊ econuerso. ⁊ om̃is nolitio sit odiũ. ⁊ ecõuerso sumẽdo generalit istos termĩos odiũ ⁊ dilectio ⁊ loquẽdo de odio ⁊ dilectõe appetitus intellectꝰ siue volũtatis. ꝯsequens est ꝙ om̃is actꝰ volũtatis sit dilectio vel odiũ. nõ distinguendo tñ pro nũc inter amorẽ ⁊ dilectionẽ. Nõ potest aũt ide3 actꝰ esse volitio ⁊ nolitio. siue odiũ ⁊ dilectio respectu eiusdẽ obiecti. S3 nihil ꝓhibet respectu diuersoꝝ. nam volitio alicuiꝰ est nolitio sui oppositi. similiter si odio sortẽ volo sortem nõ esse. vel male eẽ. ⁊ sic eodẽ actu odio sortẽ ⁊ diligo siue desidero sortẽ nõ esse vel male eẽ. Et per ꝯsequẽs idẽ actꝰ est odiũ dilectio ⁊ desiderium. Uñ patet ꝙ amor ⁊ odiũ nõ sunt simpliciter ꝯtraria s3 solũ respectu eiusdẽ obiecti. nã illi termini supponũt p eodẽ respectu diuersorum.

Tertia pars de actibus delectandi ⁊ tristandi.

S3 adhuc specialiꝰ dicendũ est de actibus volũtatis q̃ sunt delectatio ⁊ tristicia. Uñ inquirendu3 est vtꝝ delectatio sit alia res a dilectione. ⁊ tristicia ab odio. Et lic3 circa hoc ꝯtraria sit doctoꝝ sentẽtia tñ ꝓbabilius videt ꝙ om̃is delectatio sit dilectio. s3 nõ ecõtra. Qꝫ eñ om̃is delectatio sit dilectio ex iam dictis apparet. quia cũ om̃is delectatio sit operatio siue actꝰ volũtatꝫ scđ3 phm septimo ethicoꝝ. ⁊ om̃is actꝰ volũtatis sit volitio vel nolitio. ⁊ dilectio vel odium. oportet ꝙ delectatio sit nolitio ⁊ dilectio. ⁊ tristicia ei opposita sit nolitio ⁊ odiũ. Omnis etiã ꝯplacẽtia est dilectio. ⁊ displicentia opposita est odiũ. om̃is aũt delectatio est ꝯplacẽtia. ⁊ tristicia ei ꝯtraria est displicẽtia. quare sequit ꝓpositũ. Uñ sic se habet desideriũ ad dilectionem vel amorẽ nõ

habiti. sʒ omne desideriū. cū sit quedā volitio est essentialiꝛ quidaʒ amor siue dilectio habēdi. quare siliter oīs delectatio erit essentialiꝛ q̄dam amor iā habiti. ⁊ sic de eoꝝ oppositis respectu odij. Qꝛ aūt nō oīs dilectio sit delectatio. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nec omne odiū sit tristicia ex h̄ apparet. qꝛ vt iā dictū ē. omne desideriū est dilectio. ⁊ tn̄ desiderium nō est delectatio. imo scđʒ ꝯmentatorē. xij. methaphisice. desideriū p̄cedēs ꝯp̄hensionē rei desiderate. est magis dolor q̄ʒ voluptas. quare ⁊c̄. Si vero dicat̄ sicut q̄dā dicunt ꝙ licet nō omnis dilectio sit delectatio tn̄ oīs dilectio est delectatio vel desideriuʒ hoc adhuc nō videt̄ eē verū. qđ sic apparet. qꝛ nō omne odiū est tristicia vel timor. ergo nec omnis dilectio est delectatio vel desideriū. Cōsequētia patet qꝛ illa sunt distincta quoꝝ opposita sunt distincta. Oppositū aūt dilectionis est odiū. delectatōis tristicia. ⁊ desiderij timor. tristicia enim sicut ⁊ delectatio respicit obiectum actualiꝛ p̄sens sed timor ꝓprie sic̄ ⁊ desideriū respicit actualiꝛ absens. Sʒ assumptū ꝓbat̄. Tuʒ p̄mo qꝛ in deo ⁊ in beatis est odiū peccatoꝝ. ⁊ tn̄ nō est in eis tristicia vel timor. Tum secundo qꝛ scđʒ phm secūdo rethorice. aliquod odiū est de aliq̄ malo in vniuersali tantum apprehēso. vt cū q̄s odit furē vel furtū scđʒ ꝯceptū ꝯfusum. sʒ tale odiū nō est tristicia vel timor. qꝛ tristicia causat̄ ex apprehēsiōe alicuꝰ singularis mali actu habiti. timor etiā scđm phm ibi fit ex fantasia. id est apprehensiōe futuri mali aut corruptiui aut contristatiui. Propositū insuꝑ ex h̄ patet qꝛ aliquis diligit aliquod obiectū p̄ns. ⁊ nō sibi ꝯueniēs. aliq̄s etiā diligit aliqđ bonū estimatū sibi īpossibile ad habendū. Talis autē dilectio nō est delectatio vel desiderium qꝛ nō sunt nisi respectu apprehēsi ꝯuenietis ⁊ estimati possibilis. Sʒ p̄mū patet de illo q̄ ad vitandū naufragiū diuicias quas multū amat ꝓicit in mare. nā scđʒ phm tertio ethicoꝝ. talis vult ⁊ ꝑ ꝯsequēs diligit illam ꝓiectionē. ⁊ tn̄ illa nō est sibi ꝯueniēs. imo multū discōueniēs scđm suā inclinationē. nec in illa delectat̄. imo multū tristatur. Quia delectatio scđm eiꝰ descriptōʒ solū est respectu p̄ntis ꝯuenietis scđm habitū vel naturā. id est scđm habitualē vel naturalē inclinatōʒ. Secundū ꝟo patʒ đ illo q̄ est ꝟtuosus ⁊ nō est virgo. ⁊ tn̄ ꝟginitatē diligit in alio quā sibi reputat īpossibilem. iō respectu illiꝰ nō habet desideriū vel delectatōʒ. q̄re ⁊c̄. Ex p̄dictꝭ aūt sequūtur aliq̄. Et p̄mo q̄dē sequit̄ ꝙ nō oīs cōplacentia vel displicētia est delectatio vel tristicia. qꝛ oīs volitio vel nolitio est ꝯplacentia vel displicētia. ⁊ nō omnis talis est đlectatio vel tristicia. Scđo sequit̄ ꝙ aliqua tristicia ⁊ displicētia est volūtaria et volūtarie placita. qꝛ aliq̄ talis est virtuosa cū virtutis sit delectari ⁊ tristari in quibꝰ ⁊ quādo oportet ⁊c̄. secūdo ethicoꝝ. vt tristicia ⁊ displicētia de malo ꝓximi placet virtuoso cui displicet ꝓximi malū. Tertio sequit̄ ꝙ delectatio ⁊ tristicia possunt simlꝛ eē in eadeʒ volitiua. qꝛ aliqua tristicia pōt esse ꝟtuose. ⁊ ꝑ ꝯsequēs delectabiliꝛ elicita. vn̄ tristicia siue displicētia vlꝛ penitētia peccati p̄teriti pōt esse delectabilis virtuoso q̄ tristat̄ vel dolet circa peccatū p̄teritū.

Quarto sequit̄ ꝙ aliqua dilectio pōt eē delectabilis q̄ nō est delectatio. sic̄ patet đ spe ⁊ desiderio. ⁊ inde etiā apparet illud dictum Aristotilis. x. ethicoꝝ eē veꝝ opatōʒ ꝑficit delectatio. vn̄ đlectatio cū sit dilectō ⁊ operatio pōt tamē aliam dilectōeʒ ⁊ operationē ꝑficere. nō quidē formaliꝛ. sed aliq̄ alio mō causaliꝛ. scʒ ꝑ modū finis vlꝛ ꝑ modū obiecti vel agētis. sic̄ notāt ibidē verba Aristotilis. ⁊ ꝑ predicta possunt in ꝓposito solui multa dubia.

Quarta pars de productione actus volendi.

Sʒ cū dictū sit de quiditate actuū voluntatis ⁊ eoꝝ distinctiōe etiā aliq̄d dicendū est de ipoꝝ ꝓductiōe. scʒ an tales actus a volūtate fiant subito vel successiue. Vnđ circa h̄ sunt tres modi dicēdi. Primꝰ est ꝙ oīs talis actꝰ tantū fit in tp̄e. ita ꝙ nō sit dare p̄mū instans in quo hec sit vera. volūtas vult. Alius est ꝙ volitio pōt eē subito. Tertius est ꝙ actꝰ qui est volitio pōt esse subito sʒ tn̄ nō est dare p̄mū instans ī quo illa res sit volitio. vel in q̄ ipa volūtas ꝑ illū actuʒ vult. Licet aūt nullꝰ istoꝝ modoꝝ sit euidenter ꝓbabilis vel īprobabilis tn̄ p̄mꝰ modꝰ dicēdi videt̄ magis rōnabilis qꝛ nulla opatio creature siue potētie naturalꝛ pōt eē subita. sʒ quelibet est successiua ⁊ tp̄alis. nam subito agere videt̄ solū eē potētie infinite virtutis. Secūdus aūt modꝰ etiaʒ est sustinibilis. qꝛ ꝙ delectatio fiat in instanti

videꝛ fuisse opinio aristotilis. Sꝫ tertius
mod⁹ est min⁹ ꝓbabilis. qꝛ posito illo actu
in voluntate nō apparet ratio quare ꝑmo ñ
est volitio ⁊ postea est volitio. nisi forte di/
caꝛ ꝙ ꝑ volitionē aliq̄d ↄnotaꝛ qđ postea ē
⁊ ꝑus nō fuit sicut in instanti q̄ ignis ē ap/
proximat⁹ ad lignū calor ignis nō est cale/
factio. ⁊ īmediate post erit calefactio. qꝛ im
mediate post habebit ↄtinue caliditatē in
ligno. ⁊ h̄ importat iste termin⁹ calefactio.
scꝫ ꝙ aliq̄d causat calorem in aliq̄ subiecto
Sꝫ talē reꝫ ponere vltra illū actū est oīno
suꝑfluū ⁊ voluntariū dictū. ⁊ etiā si ponere
tur magis ↄcedendū esset ꝙ illa res eēt vo/
litio. q̄ꝫ hoc esset ↄcedendū de illo actu pri
mo posito. Et hec de hac materia sufficiāt
in ꝓposito.

Capitulū. xiiij.

Prima ꝑs de passionib⁹ generaliter.

p Ostq̄ꝫ de actib⁹ aīe dictū est ↄse/
quenter qꝛ passiones aīe videnꝛ
quidā actus eē de passionib⁹ aīe
dicendū est. Vñ sciendū ꝙ passio pōt capi
tripliciter. Uno mō cōiter ⁊ sic om̄is oꝑa/
tio aīe potest dici passio. sicut tertio de ani
ma diciꝛ ꝙ ītelligere est passio. Alio modo
specialiter ⁊ sic sola oꝑatio appetitus diciꝛ
passio. Sꝫ adhuc tertio mō magis specia/
liter ⁊ ꝓprie oꝑatio appetitus sensitiui. qꝛ sic
docet experientia ipa fit cū quadā trāsmu/
tatione corꝑali. ⁊ sic diffinit eusterci⁹ passi/
onem. ꝙ est mot⁹ appetitiue potentie sensibi
lis in fantasia boni vel mali. In qua descri
ptione capiꝛ motus ꝓ actuali inclinatione
ad bonū ꝓsequendū vel malū fugiendū. ex
tendēdo etiā inclinatōꝫ nō solū ad tenden/
tiam ad bonū habendū vel malū vitanduꝫ
sꝫ etiā ad fixionē seu adherētiā in bonū ad/
eptum. Diciꝛ aūt appetitiue potentie sensiti
ue vel sensibilis ad differentiā oꝑationum
voluntatis. que nō dicunꝛ passiones ꝓprie.
qꝛ nō fiunt per transmutatōꝫ organi corpo
ralis ad quas tamē si q̄s velit nomē passio
nuꝫ extendere ad h̄ ꝙ illa descriptio ↄueni/
at oportet illā clausulā potētie sensitiue ab
ea remouere. Diciꝛ etiā in fantasia boni
vel mali ad explicandū obiectū passionuꝫ.
vel etiā ad differentiā naturalis inclinatio
nis. qua scꝫ quelibet potentia oꝑatiua na/
turaliter inclinaꝛ ad suā ꝓpriā oꝑationē si/
ne fantasia. id est apprehensiōe seu cognitōe
preuia sine qua nō est illa inclinatio que di
ciꝛ passio. Tales igiꝛ oꝑationes appetit⁹
sensitiui que ꝓprie dicunꝛ passiones ⁊ de q̄/
bus est speculatio p̄sentis capituli qñq̄ꝫ di
cunꝛ passiones cordis. qñq̄ꝫ passiones mē
tis. qñq̄ꝫ passiones animi. Dicunꝛ em̄ pas/
siones cordis tanq̄ꝫ subiecti ꝑmo ⁊ ꝑncipa
liter patientis. quia in eis cor ꝑncipaliter
patiꝛ vt post videbiꝛ. Dicunꝛ aūt passio
ones mētis tanq̄ꝫ cause interiorꝫ ꝑmo ⁊ ꝑn
cipaliter efficiētis. quia mens ꝑncipaliter
mediante cognitōe vel estimatōe qua iudi/
cat aliq̄d vtile vel nociuū efficit passioneꝫ
in corde. ꝓpter quā cetera mēbra corꝑis im
mutātur. Dicunꝛ etiā passiones animi. qꝛ
anim⁹ vtrāq̄ꝫ vim cōprehendit cognitiuaꝫ
scꝫ interiorem ⁊ affectiuaꝫ seu motiuā. qua
rum quelibet ad passionē ↄcurrit ꝓprie di/
ctam.

Secunda pars de passionibus specia/
liter.

His itaq̄ꝫ generaliꝛ p̄missis. tria specia
liter ↄsideranda sunt circa passiones sensi/
tiue virtutis. Primū est de numero ⁊ disti
ctione passionū. Secundū de causis ipaꝝ
Tertiū de effectib⁹ eaꝝ. Quantū aūt ad nu
merū sciendū est ꝙ ꝑme passiones cordis
ad q̄s om̄es alie reducunꝛ due sunt scilicꝫ
amor ⁊ odiū. vł scđm aliquos delectatio ⁊
dolor. Alie em̄ vel ad delectationē ꝑtinent
vt gaudiū. audacia. ⁊ spes. vel ad dolorem
vt tristicia timor ⁊ desperatio. Delectatio
aūt vt h̄ sumiꝛ nomē ↄmune ē. tā ad eā que
fit ex apprehēsione boni facta ꝑ sensus exte/
riores. q̄ꝫ etiam ꝑ vires interiores. Dolor
vero nomē ↄmune tā ad illū qui fit ex app̄/
hensione mali facta exteriorib⁹ sensib⁹ q̄ꝫ in
teriorib⁹ virib⁹. Sꝫ delectatōꝫ causatā ab
interiori apprehēsione boni. Usus cōis vo
cat leticiā seu gaudiū. dolorē vero tantum
ab interiori apprehēsione mali noīat tristici
am. Quantū aūt ad distinctionē dictaꝝ
passionū sciendū est ꝙ ipa attendiꝛ ex duo/
bus. Primo ex ipis potētijs a q̄b⁹ sunt. Se
cūdo ex obiectis ꝓprijs circa q̄ sunt. ꝑ respe
ctuꝫ ad ꝑmū dicunꝛ differre genere. sꝫ ꝑ re
spectū ad scđm differre specie. Per ↄsidera
tionē ad ꝑmū aliq̄ passiones dicunꝛ ↄueni
re potentie ↄcupiscibili sicut amor ⁊ odiū
desideriū ⁊ fuga. gaudiū ⁊ tristicia. quedā
vero irascibili sicut spes ⁊ desperatio. auda
cia ⁊ timor. ira ⁊ hmōi. Per ↄsideratione
vero ad scđm aliq̄ passiones sunt respectu

apprehensi boni vt amor ⁊ leticia. quedā vero respectu apprehēsi mali. vt odiū ⁊ tristicia. Vn̄ scd̄m p̄dictā duplicē ꝯsiderationē q̄dam inter passiones talē assignant distinctionē. Nā om̄is passio vel est potentie ꝯcupiscibilis vel irascibilis. Si potentie ꝯcupiscibilis h̄ est tripliciter. Vel generaliter quātū ad inclinatōꝫ ⁊ sic si sit respectu boni est dilectio vel amor. ⁊ si respectu mali est odiū vel rancor. nihil em̄ aliud est rancor q̄ꝫ odiū inueteratū. Vel quantū ad motū seu ꝓsecutionē. ⁊ sic si sit in bonum ē desideriū. ⁊ si in malū est fuga vel horror. i noīata em̄ est passio opposita ꝺsiderio. ⁊ q̄n̄q̄ꝫ vocaꝛ timor vt patet in p̄cedenti capitulo. Vel quantū ad ꝯsecutionē. ⁊ sic si sit in bonū est delectatio gaudiū vel leticia. ⁊ si i malū est dolor vel tristicia. Si vero potentie irascibilis. vel est respectu boni aggrediendi. ⁊ sic est spes. vel respectu boni fugiendi. ⁊ sic est desperatio. vł est respectu mali aggrediendi. ⁊ sic est audacia. vł respectu mali fugiendi. ⁊ sic est timor. Ira aūt videꝛ esse q̄dam passio ꝯposita cui nō est alia passio cōtraria. vel si sit est innoīata. Predicte aūt diuisionis modificatio. ⁊ p̄dictaꝝ passionū appropriata distictio magis patet ex p̄dictis in p̄cedenti. ⁊ etiā ex dicendis in p̄senti capitulo. iō breuiꝰ ptranseo.

Tertia ps de causis passionū.

Sꝫ quantū ad causas haꝝ passionuꝫ sciendū est q̄ due sunt in genere. extrinseca scꝫ ⁊ intrinseca. Extrinseca causa est obiectū boni vel mali. Licet em̄ in aliq̄ passione vt in ira vel spe obiectū habeat specialiter rationē ardui. tamē generaliꝛ in qualibet obiectū habet rationē boni vel mali. vł ꝯueniētis aut discōueniētis. siue placentis aut displicentis. Vn̄ scd̄m hoc ad variationē obiectoꝝ sequiꝛ variatio passionū. vt patet in melodijs. ludis. tripudijs. ⁊ picturis. Intrinseca vero causa est duplex. q̄ruꝫ vna habet rōneꝫ efficiētis. scꝫ imaginatio seu estimatio alicuiꝰ sub rōe boni vł mali. placentis vel displicentis. Quicq̄d eniꝫ imaginaꝛ sub rōne tali. ita q̄ tale estimeꝛ eē q̄ꝫuis sit aliter in re. tamen animū mouet ⁊ corpus īmutat. Vn̄ vis hmōi motiua imaginatiue seu estimatiue virtutis nō solū patet in vigilijs sed etiā in somnijs in q̄bus ꝓpter imaginata ⁊ estimata contingit dormientes opa vigilātiū exercere. Alia ꝓo causa intrīnseca habet rationē disponētis dispositio aūt ad generationeꝫ passionū in trib ꝑncipaliter ꝯsistit. scꝫ i mēbris seu mēbroꝝ ꝯplexione in spiritib ⁊ sanguine. In mēbris siquidē seu mēbroꝝ ꝯplexiōe. quoniam diuersitas ꝯplexionis in eis. ⁊ maxie cordis inclinat ad diuersas passiones mētis. quia cū mēbra sint instrumēta aīe seu virtutis. illa cū eis promptiꝰ operaꝛ ad que ipa ex sui ꝯplexione ꝓnius inclinaꝛ. In spiritib aūt. qm̄ spiritus etiā est q̄dammō virtutis instrumentū sicut ⁊ mēbruꝫ. nō tamē ꝑncipale ⁊ īmediatū. sꝫ mediatū ⁊ dispositiuū. qꝛ ꝓprie instrumentum aīe nō est nisi organū cui ipa sicut forma ⁊ motor ꝯiungitur īmediate. spiritus tn̄ aliqualiꝛ diciꝛ instrumentū qꝛ mēbroꝝ seu instrumētoꝝ dispositiuū ideo cū ex diuersitate instrumētorum seq̄tur diuersitas actionū. sicut diuersa mēbroꝝ ꝯplexio. sic ⁊ diuersa spirituum dispositio. causa est dispositiua diuersaruꝫ passionū. In sanguine vero quoniā taꝫ mēbrū q̄ꝫ spiritus recipiūt dispositōꝫ a sanguinis diuersitate. tanq̄ꝫ a ꝯmuni materia iō sanguis dispositio causa q̄dam est p̄parans ad p̄dicta accidētia. Verbigrā Sanguis subtilis ⁊ clarus in substātia. tēperatus vero ī qualitatib cū spūs generet splēdidos atq̄ꝫ tēperatos. disponit ad leticiam maiorē vel minorē. scd̄m maiorē aut minorē ipius q̄ntitatē. ⁊ ita ꝓportionaliꝛ scd̄m aliam vel aliā sui dispositionē ad aliā ⁊ aliā disponit passionē. qd̄ ꝑticulariꝛ dearticulare spectat ad sciētiā medicine.

Quarta ps de effectib passionū.

Quātū āt ad effectꝰ dictaꝝ passionū. cū dictū sit ad generationē eaꝝ p̄cedere actuꝫ estimatōis tanq̄ꝫ efficiētis. iō p̄us dicendū est de effectib passionū huiꝰ virtutis. circa quos primo oportet considerare immutādi ordinem. postea immutationis impressionem.

De actu estimationis.

Vn̄ circa hmōi ordinē sciēdū est q̄ estimatio dupliciꝛ immutat mēbra corpis. qꝛ q̄n̄q̄ꝫ mediāte motu cordis. sicut patet i vehementꝛ passionatis. q̄n̄q̄ꝫ vero īmediate sine tali motu. q̄ saltē sit manifeste ⁊ notabiliter ꝑceptibilis. Vn̄ licet oīs estimatio cuꝫ sit placētis aut displicētis aliqualiꝛ sit motiua cordis. qꝛ tamē talis motꝰ q̄n̄q̄ꝫ a consueto sensibiliꝛ nō discerniꝛ immutatio se-

quēs illā estimationē sine motu cordis cō/
muniter fieri dicit̄. sic̄ patet in eis q̄ ad min
gendū aut vomendū ꝓuocant̄ cū talia fie/
ri ꝯspiciunt aut imaginant̄. Simile quoqꝫ
in aliꝭs actib̄ꝫ repit̄. vt in oscitatōe ꝛ spandi
datione ꝛ hmōi. in illis q̄ ad talia disponū/
tur. Hec aūt impssio estimatōis nō solum
manifestat̄ in corpe estimātis. sꝫ qn̄qꝫ in de
ciso ab eo p viā ꝓpagatōis. nā si tpe genera/
tionis seu carnalis ꝯmixtionis mens gene
rātis attente imaginet̄ circa fedas figuras
erit in generato ad h̄ disposito feda figura
tio aut ꝯtraria si ecōtrario. Cuiꝰ pōt assi
gnari rō. qꝛ spiritus est receptiuꝰ ꝛ delatiuꝰ
formaꝝ siue specieꝝ. q̄ licet in ipo non sint
sensibiles. in corpib̄ꝫ tamē ꝛ mēbris dispo/
sitis faciūt sensibiles impssiones. sicut aer
nō visibilit̄ recipit species. quas p speculū
visui repn̄tat. In spiritu ergo velut in aere
spēs est ab estimatiua ꝓcedēs multiplicat̄
q̄ cū tali specie informatꝰ semini aut mēbro
copulet̄ vtrobiqꝫ scd̄m exigentiā sue infor/
matiōis virtutē operātē inclinat scꝫ forma
tiuam in semine ꝛ regitiuā in mēbris.

Quita pars de duplici effectu passionū.

Sꝫ circa hmōi imutatōis impssionē
sciendū est q̄ duo sunt effectꝰ in genere cau
sati ab estimatione. ꝛ generalit̄ causabiles
ab omī animi passione. scꝫ mēbroꝝ altera/
tio ꝛ operationū imutatio. Mēbra eñi ab
eis alterant̄ scd̄m qualitatē ꝛ nō solū scd̄m
qualitates pmas. sꝫ qn̄qꝫ scd̄m q̄litates se/
cundas. sicut qn̄qꝫ ab estimatōe vel passiōe
mēbra aliq̄ calefiūt. aliq̄ infrigidāt̄. aliq̄ co
lorant̄. aliq̄ discolorant̄. mēbra etiā imutāt̄
scd̄m opatōꝫ. Et h̄ maxīe patꝫ in motu
cordis scd̄m cuiꝰ mutatōis exigētiā sequit̄ i
mutatio totiꝰ corpis. ꝑbigr̄a. Res p estima
tionē apphensa alit̄ ꝛ alit̄ diuersimode mo
uet cor localit̄. scꝫ illa q̄ sub rōne ꝯferētꝭ ap
phendit̄ dilatando. q̄ ꝟo sub rōne oppositi
ꝯstringēdo. Nō aūt fit in corde hmōi mo/
tuū vel opationū variatio a cursu solito. ni
si p alterationē pus factā in ipo. Illis ergo
q̄litatib̄ꝫ pus alterat̄ p q̄s ad p̄dictos motꝰ
locales maxīe disponit̄. Hee sunt aūt cali/
ditas ꝛ frigiditas. Nā illa pncipiū est dila
tatōis. ista ꝟo ꝯstrictōis. Oportet ḡ si dila/
tatio vel cōstrictio a solito cursu mutet̄ q̄
cor pus calefiat aut infrigidet̄. ad quas q̄/
litates ꝯsequēter humiditas vel siccitas cō
comitat̄. Proportionalit̄ aūt erit in aliꝭs

membris quia sequuntur immutationem
cordis.

Sexta pars de speciali effectu cuiusqꝫ
passionis.

Sed cū pmissa de effectib̄ꝫ estimatōis ꝛ
passionū cordis dicta sunt generaliter. ali/
qua de eis dicenda sunt specialit̄.

De gaudio ꝛ leticia.

Sciendū est igit̄ q̄ in gaudio puro siue
leticia quia apprehēsuꝫ habet rationē ꝯfe/
rentis ꝛ delectabilis. ideo cor qđ est pmuꝫ
mobile corpis ꝛ qđlibet aliud mēbrū ꝓpor/
tionalit̄ mouet̄ scd̄m formā occurrēdi ꝛ ap
propinquādi rei q̄ talis estimat̄ scꝫ dilata/
tione vel extensione. quapropter natura in
tenta pparare mēbra ꝛ maxime organa sen
sus. ꝛ motus ad dilatationem ꝛ extensionē
influit eis a corde naturalem calorē. ꝛ spi/
ritus quibus dilatētur ꝛ extendantur. Est
autem iste motus non subitus aut impetu
osus sed suauis ꝛ paulatinus. ꝛ ideo in om
ni gaudio cōmunis effectus est cor paula/
tim dilatare ꝛ infrigidare. ꝛ per consequēs
interiora frigescere. ꝛ exteriora calescere tē
perato siue naturali calore.

De tristicia.

In tristicia vero que opponitur gaudio
cor ꝛ corpus imutantur opposito modo h̄
excepto q̄ ipa nō calefacit interiora. cuiꝰ h̄
est cā. nā obiectū eiꝰ est malū pn̄s siue ꝯiun
ctum qđ ꝯcipit̄ sine aliq̄ spe vitādi. siue fu/
giēdo. vt in timore. siue repellēdo. vt in ira
siue repugnando. vt in audacia. iō simplex
odiū illiꝰ causat̄ in anīo. ꝓpter qđ hmōi ꝯce
ptus paulatī ꝛ absqꝫ impetu cor ꝯstringit
Et sic ꝓhibet in eo sufficientē spirituū ge/
neratōꝫ. ꝛ etiā i mēbris diffusionē. idcirco
nō solū exteriora. sꝫ etiā interiora ifrigidāt̄
maxīe cū cetera mēbra cordis ꝯstrictionē
imitent̄.

De ira ꝛ audacia.

In ira aūt obiectū ꝯcipit̄ cū spe repel/
lendi. ꝛ ꝓpter h̄ irā cōcomitat̄ appetitus vin
dicte. ꝓpter cuiꝰ appetitus vehementiā cole
ricus sanguis mouet̄ ad cor vt ipm inflam
met ad audaciā inuadēdi. Quapropter ira
ꝛ etiā audacia corde supercalefacto opor/
tet ipsum dilatari frequentius solito ac to
tum corpus maxime circa exteriora cū im
petu calefieri. cum spiritus ex appetitu inua
dendi ad illas ptes subito moueant̄.

De timore.

In timore vero obiectū habꝫ rationē

periculi siue terribilis ꝛ maxime vite peri/
culum inferentis. quia om̄e terribile dicit᷑
per mortis respectū que est vltimū terribi
lium. Concipitur aūt hm̄oi obiectū nō vt
coniunctū. sed vt adhuc separatū; ideo ap
petitū excitat fugiendi. ꝓpter quē appetituꝫ
fortē ꝛ subitū quē parit spes euadendi san
guis ꝛ spiritus a corde fugiunt. ꝛ ip̄m forti/
ter ꝯstringitur atqꝫ subito. cuiꝰ signū est ꝙ
in timentibꝰ cor tremit ꝛ vox hanelitus im
minuit᷑. Nam licet calor ꝛ spiritus ab exte/
rioribꝰ ad interiora retrahant᷑. nō tamē ver
sus cor. imo a corde ad īteriora. scꝫ versus
intestina mouent᷑. Cuius ratio est quia ob
iectum malū concipit᷑ nō cū diffidentia re
sistendi. sed cum spe fugiendi. ꝛ per fugam
euadendi. ideo calor ꝛ spiritus fugiunt ꝛ se
diffundūt in mēbris: que in motu ꝓcessiuo
aut dilatatiōis nō possunt se disponere ad
obuianduꝫ terribili qualia sunt intestina.
Propter qđ dicit Aristotiles ī problema
tibꝰ ꝙ in timentibꝰ venter soluitur dissolu
tione humorū facta circa ītestina. propter
ꝯartationem calorum ꝛ spirituū in eisdeꝫ
locis.

De angustia ꝛ verecundia.

In angustia aūt ꝛ verecundia mouen
tur spiritus ꝛ humores ad oppositas par/
tes. scilicet nunc ad interiora nūc vero ad
exteriora. In angustia quidē quia partim
tristicia partim ira laborat animꝰ. ideo cor
laborat oppositis motibus. In verecūdia
vero seu erubescentia propter timorē pri/
us mouentur spiritus ꝛ sanguis ad intra.
quia tamen in eis timor nō est de malo re/
pugnanti nature. sed de malo appetitui ani
mali seu voluntati repugnante. In vtraqꝫ
enim timetur malū qđ turpis opinio. sed ī
erubescentia in ip̄o actu presenti. in vere/
cundia aūt etiam preterito. iđ in eis statim
spes resistendi concipit᷑. ꝛ quidā cōceptus
ire ad oppositū mouens cōfestim sequit᷑. ꝓ/
pter qđ calor ꝛ spūs ad exteriora reuertun
tur. Vn̄ ex h̄ patet rōꝓpter quā timētes
oīno palescunt. ꝛ verecundi rubescūt. Nā
quia in timore malū ꝯcipit᷑ vt repugnans
nature cū diffidētia resistēdi oīno sāguis ꝛ
spūs ad īteriora retrahūt᷑. Sꝫ qꝛ ī verecū/
dia ꝯcipit᷑ vt repugnās tm̄ volūtati nō na/
ture. natura mistrat ꝯfidentiā resistendi. et
sic mouet instrumēta sua versus ꝑtes illas
que timore decolorant᷑ patētius. scꝫ ad ge/
nas ꝛ partes vultus. Ex p̄dictis igitur
patet qualiter ī diuersis passionibꝰ cor mo
uetur diuersis motibꝰ. quia in gaudio pau
latim dilatatur. ꝛ maxime versus anterio/
ra siue versus pectus. In tristicia vero pau
latim ecōtra scꝫ ad interiora ꝛ versus deor
sum. In ira vero subito versus pectus. In
timore subito ad oppositū. In verecundia
subito ad vtrūqꝫ. In angustia vero paula
tim. Secundo patet qualiter in diuer/
sis passiōibꝰ mouent᷑ proportionaliter san
guis ꝛ spiritꝰ. siue talis motꝰ sit per moduꝫ
pulsus vel tractꝰ aut vtroqꝫ modo. siue spō
te moueatur obedientes aīe imperio. De
hoc em̄ nō est nunc tractanda questio.

Ulterius etiā patet ꝙ ad predictos ef/
fectus multi aliȷ̄ ꝯsequunt᷑ per quos corpꝰ
ad sanitatē vel egritudinē varie immutat᷑.
Sꝫ horꝫ ꝯsideratio ꝛ ꝑticularis dearticu/
latio medicis relinqͥtur.

Capitulū decimū quintū.

Prima ꝑs de habituū generatione.

p Ostqꝫ tractatū est de aīe potētijs.
ꝛ eorꝫ actibꝰ ꝛ passionibꝰ. finaliter
tractandū est de eorꝫ habitibꝰ. ꝛ ꝓ/
mo de habituū generatōe corruptōe ꝛ īcli
natione generaliter. postea de eis ꝛ eorꝫ dis
tinctōe specialit᷑. Sciendū est igit᷑ ꝙ in ꝓ
posito nō loqͥmur de habitibꝰ supnaturali
ter infusis. sed de naturalit᷑ acqͥsitis. Tales
aūt habitꝰ sicut docet expientia gene rāt᷑ ex
actibꝰ ꝛ ex appositis actibꝰ oppositi habitus
sic em̄ dicit Aristotiles scđo ethicorꝫ ꝙ edi
ficātes edificatores fiūt ꝛ cytharizātes cy/
thariste. sic aūt ꝛ iusta opantes iusti tēpera
ta tēperati. fortia aūt fortes. Sꝫ cū satis
notū sit tam in actibꝰ qꝫ in ꝟtutibꝰ habitꝰ ge
nerari ex actibꝰ. h̄ nō est sic intelligenduꝫ ꝙ
illa p̄positio ex. dicat habitudinē cause ma
terial᷑ qꝛ sp materia manet in facto eē. actꝰ
aūt ꝛ opatōes transeūt habitu remanente.
nec etiā habitudinē cause ꝑncipalit᷑ efficiē/
tis. sꝫ solū habitudinē cause disponētis scꝫ
motꝰ vl᷑ actōis p quē habitꝰ acqͥrit᷑. ꝛ a potē
tia aīe tāqꝫ a ꝑncipali efficiēte ꝓducit᷑. Vn̄
sic alteratio nō ē materia nec agēs ꝑncipa/
le respectu forme substātial᷑. sꝫ ē opatio vel
motꝰ q̄ agens ip̄aꝫ ꝓducit sic videt᷑ eē de acti
bus respectu habitꝰ. Sꝫ cū etiā tactū sit
habitū vnū generari ex pluribꝰ actibꝰ. hoc
non est sic intelligendum ꝙ ex vnico actu
non possit generari habitus. nam scientia

que est habitus intellectualis pōt generari ex vnica operatione. puta ex sola demōstratōe Licet aūt virtus seu habitus moralis nō posset pfecte ꝛ ꝯplete generari ex vnica operatione quātūcunqꝫ forti. hoc eīm videt impossibile. vel saltē valde difficile. cū talis virtus scd̄m Aristotilē generat p assuefactionē. q̄ requirit operationū pluralitatē Tamē cū talis habitus scd̄m ꝯmuniorē ꝛ probabiliorē opinionē sit forma intēsibilis ꝛ remissibilis. licz talis forma vulgarit loquēdo non nisi sub gradu multū intenso sortiat nomē virtutis. Concedēdū est nihilominus ꝙ ex quolibet actu generat illius forme seu virtutis aliqs gradus. qꝛ cū aliquis generet ex aliq̄ ꝛ illi actus sint eiusdē rōnis. nō eēt rō quare aliq̄d generaret ex vno plus q̄ꝫ ex alio. ꝛ p ꝯsequēs ex quolibet generat aliq̄d qd̄ est eiusdē rōnis cū illo qd̄ generat ex alio. ꝛ sic ex quolibet actu generat quedā impfecta virtus seu habitus remissus. ꝛ ex pluribꝫ plures gradus. ex q̄bꝫ resultat intentior habitus qui p pluriū graduū eiusdē rōis aggregatōz vocat virtus. Cū eīm gradus remissus pmo generatus nō possit poni sub aliquo p̄dicamento vel specie p̄dicamēti nisi sub pma specie q̄litatis. sequit ꝙ sit habitus vel dispositio. Et si quis dicat ꝙ nō sit habitus sed dispositio. nihil refert i pposito. quoniā in pma specie qualitatis habitus ꝛ dispositio nō vident differre specie sz solū accidentalit. puta scd̄m facile ꝛ difficile mobile Uerbigr̄a. Eiusdē speciei est sciētia quā q̄s habet de vna conclusione p pmā demōstratōz. ꝛ illa quā alt habet de eadē p multiplicatā ꝯsiderationē sup illā demōstratōz. ꝛ tñ ille scientie videntur differre. sicut habitus ꝛ dispositio. qꝛ vnus facilit obliuiscit alius nō. q̄re ꝯsimilit esse videt in pposito.

Scd̄a ps de habituū corruptōe.

De corruptōe aūt habituū sciendū est ꝙ sicut ipi p actus generant. sic p actus ꝯtrarios vel habitus etiā corrūpunt. q̄nqꝫ tñ corrūpunt vel desinunt esse absqꝫ ꝯtrario corrūpente. Uerbigr̄a. Si q̄s ex pma demōstratione habeat scientiā de aliq̄ ꝯclusione. licz talis habitus actu intelligendi cessante aliq̄ꝫdiu natus sit manere. tñ p tpis lōgitudinez debilitatur ꝛ tandē deperdit. si illa demonstratio vel actus ꝯsideratōis circa eaz nō frequentet. De aliis quoqꝫ habitibꝫ par iudicium esse videtur. Hoc aūt apparet difficile. quia sicut nihil generatur sine generante. sic nihil videtur posse corrumpi sine corrūpente. maxime cum oīe ens diligat naturaliter se permanere. Et quia oīe qd̄ mouetur. mouetur ab aliquo. sic omne qd̄ corrūpitur. corrūpitur ab aliquo. cum corruptio sit quedā mutatio. hic aūt nō apparet a quo fiat ista corruptio. Similis etiaz difficultas est de corruptione specierū sensibiliū in medio vel organo. De hac autem difficultate probabiliter dici potest ꝙ quantūcunqꝫ aliqua entia preter deū sint permanentis nature. ꝛ naturaliter diligāt se permanere. tamē nō possunt permanere sine conseruante. Licet aūt deus seipō solo posset oīa conseruare. tamen naturali modo multa indigent alio conseruante. q̄ remoto ipa continue fluerent in nō esse sine alio corrūpēte. ꝛ aliqua citius ꝛ alia tardius ex sue nature ꝯditione. Sicut lumen conseruatur a lumīoso. quo remoto lumē corrūpit vel scd̄m aliquos subito. vl scd̄m alios successiue licet sine notabili duratiōe ꝛ sic est mutatio seu corruptio. ꝛ nō est mutans aut corrūpens. nisi soluz per accidēs scz remouens conseruans. sicut dicit Aristotiles in quarto phisicoꝝ. ꝙ in motu grauis deorsum prius detenti sursuz est aliqd̄ mouens per accidens scz remouens prohibens. Sic igitur in pposito quia habitus generantur ex actibꝫ ꝛ ex eis intendunt ꝛ conseruātur. ideo remotis ꝛ cessantibꝫ illis cōtinue corrūpunt aliq̄ citius ꝛ aliq̄ tardius scd̄m ꝙ nature pmanētiores. sic dicit Aristotiles scd̄o ethicoꝝ. ꝙ habitus morales sūt pmanētiores disciplinis.

Tertia pars de habituū inclinatōe.

De inclinatione vero habituum sciendum ꝙ ideo ponuntur habitus esse in potentia actiua. quia experimur ꝙ cessantibꝫ actibꝫ ipa potentia est ad actus consimiles pronior ꝛ magis inclinata. ꝙ nō essz nisi ex pōribꝫ actibꝫ aliquid relinqueret in ea inclinans ad sequētes actus. hoc aūt vocatur habitus Ideo patet ꝙ habitus inclinat potentiaz ad actū. ꝛ cū ipa ꝯcurrit ad pducendū ipm ꝯsilem ꝛ eiusdē speciei i genere nature cuz actu pōri habitū generāte. Sz circa hoc ē magis difficultas cū talis habitus q̄ꝫdiu manet sp sit pn̄s potētie. imo subiectiue in ea. q̄re magis vna vice iclinat ꝛ pducit actū q̄ꝫ alia qꝛ cum approximatio nec alia circūstantia

107

deficiat que videat ad actū requiri apparet
ꝙ stante habitu ꝯtinue deberet actꝰ produ
ci. cuiꝰ oppositū expimur. Cōsimilis quoqꝫ
difficultas esse videt de specie intelligibili
si ipa in intellectu ponat. Ad qḋ respō
deri potest ꝙ talis pn̄tia seu approximatio
habitus ad potentiā nō sufficit ad h̄ ꝙ ipsa
ꝑ hmōi habitū ꝯtinue ꝓducat actū. Nam
licet talis habitus sit agens naturale ⁊ na/
turaliter moueat. tamē in potestate ipiꝰ po/
tētie est vt ꝑ hmōi habitū agat ꝓpter quod
secūdo ⁊ tertio de aīa frequēter dicit phi
losophus. ꝙ habitib⁹ vtimur cū volumꝰ. et
per ꝯsequēs in potestate nostra est talib⁹ n̄
semꝑ vti. sed nūc vti isto ⁊ nō alio sicut pla
cet voluntati. Vn̄ patet ꝙ licet intelle
ctus in intelligēdo ⁊ habitus ītellectualis
ei cōproducendo sit agens naturale. tamē
vtrūqꝫ dependet a voluntate quo ad ꝓdu/
ctionē actus ⁊ ꝯtinuationē. vel saltez q̄ ad
ꝯtinuationē. qḋ dico ꝓpter repentinas vel
p̄mas intellectōes que nō sunt ī nostra po
testate quo ad p̄mā earū ꝓductionē. sed bn̄
quo ad ꝯtinuatōz. q꞉ libere possumꝰ ab il/
lis desistere. licet aliquādo cū difficultate.

Ex quo vlterius patet ꝙ licet nostram
cognitionē sepe p̄cedat volitio libera tāq̄ꝫ
ꝑcialis causa nō tamē semper. quia aliqua
est repente vel violēter causata. Aliqua est
etiā libere habita. quā nō p̄cedit volitio eli
cita. qḋ aliqui ex hoc ꝓbant. quia est dabil
aliqua noticia libere habita que nō est co/
gnita. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nō p̄us volita. sicut etiā
aliqua est volitio libera q̄ nō est volita. ali/
ter nō posset haberi aliqua volitio noua et
sic est libere habita. ⁊ tamē respectu eiꝰ non
p̄cedit volitio elicita. quare ⁊c̄. Vn̄ di/
cunt isti ꝙ sicut volūtas ceteris potētijs et
habitib⁹ vtit. sic ⁊ possibile est vt ipa quod
ammodo seipa vtat. q꞉ potētijs vel habiti
bus nō est aliud q̄ꝫ facere illa opari seu illa
applicare ad ꝓprios actꝰ. tūc ei volūtas vtit
intellectu vel habitu quādo sponte ⁊ volū
tarie intelligit scd̄m habitū. tūc aūt vtit se/
ipa cū ī se elicit ꝓpriū actū. Et isti vsus pos/
sunt sic separi scd̄z istos quia homo potest
aliquādo libere vti ītellectu vl' habitu aut
etiā actu. esto ꝙ nō tunc vtat volūtate pro
prio vsu scz eliciendo volitionē ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns
habere aliquā intellectionez libere. esto ꝙ
respectu illius nō habeat volitionē elicitā
Hoc tamē posset faciliter calūpniari.
dicendo ꝙ habere aliquā intellectionē seu
aliā operationē libere. nihil aliud est q̄ꝫ habe
re operationē intrinsece liberā qualis est vo
litio. vel habere operationē a tali libera voli
tione elicitā qualiter nō est in casu illo. q̄re
⁊c̄. Sz quicq̄d sit de hoc ex p̄dictis pa
tet illud qḋ ad ꝓpositū sufficit. scz ꝙ licet in
potentia sint plures habitꝰ eque p̄sentes et
potentes ꝯcausare actū suum. tamē volun
tas potest libere nō vti isto. precise nō volē
do vti eo. ⁊ nihilominꝰ vti alio. Etiam scd̄z
aliquos absqꝫ hoc ꝙ p̄us velit determina/
te vti illo. de speciebus etiam intellectualib⁹
ꝯsimiliter est om̄ino dicendū Licet au
tem vt dictum est habitib⁹ vtamur cuz vo
lumus. tamē eis vti nō volumꝰ. nisi cuz de
eorum vsu vel obiecto aliquo modo actu/
aliter cogitamus. Habēs aūt habitū ⁊ nō
cogitans actualiter de vsu illius vel obie/
cto potest moueri ad cogitandū de illo nō
solum a voluntate sed aliunde multiplicit
scz vel a motore extrīseco vt ab influētia ce
li. vel a motore intrinseco vt a dispositione
corporali. vel alia causa latente. sepe tamen
fit a voluntate intellectui retrahente ab ali
is. vel trahente ad illud nō tamen semper.
Unde fit vt frequenter habituatus incipi
at cogitare de aliquo. ⁊ nesciat vnde moue
tur ad cogitandū illud magis q̄ꝫ vnū aliud
Et hec de habitibus generaliter dicta sint

Quarta pars de habitibus potentie sen
sitiue.

Sz de hmōi habitib⁹ aliqua specialit
dicēda sunt. Vn̄ q꞉ ex actib⁹ coḡscit habitꝰ.
iō ex diuersitate actuuz ꝯcludit diuersitas
habituū Cū igit sup̄ dictū sit q̄sdam actus
sentiēdi. alios actus ītelligēdi. ⁊ alios actꝰ
volēdi eē in aīa. dicēduz ē de habitib⁹ q̄ sūt
ꝓportionaliter ponēdi in ea. ⁊ p̄us de habi
tibus q̄ sunt in potētia sensitiua. secūdo de
habitib⁹ intellectibilib⁹ qui sunt in potētia
intellectiua. postea de habitib⁹ moralib⁹ q̄
maxie sunt in potētia volitiua. Sciēdū
est igit ꝙ in potētia sensitiua tā coḡscitiua
q̄ꝫ appetitiua ponēdi sunt habitꝰ. imo etiaz
scd̄z aliq̄s in potētia exterius motiua ꝑ q̄s
ipa mēbra ad suas opatōes reddant agibi/
lia. sicut ex frequēter currere pedes abilitā
tur ad currēdū. ⁊ ex freq̄nt loq̄ lingua ad
loquendū. ⁊ ex frequent cantare guttur ad
cantādū Nec ē vt dicūt mirandū si potētie
motie mēbroꝝ ꝑ assuefactōz acq̄rāt sibi ha

bitum.cū ita fiat in potentia vegetatiua.qꝛ
scd̄m ꝯmentatorē in ꝓncipio tertij phisico
rum quidā ita assueti sunt ꝯmedere vene/
nū ꝙ erat eis cibꝰ ꝛ nutrimētū. Sed quic
quid sit de h̄ quia forte ad saluandū ꝑdicta
nō est necesse ponere aliquē habitū in potē
tia motiua mēbroꝝ vel in potētia vegetati
ua.tamē satis videꝛ claꝝ ꝙ ponēdi sunt ha
bitus in potētia sensitiua.ꝙuis sit dubiū.
vtrū ponēdi sint in ea habitus seu virtutes
morales. De h̄ em̄ sunt inter doctos ꝯtra/
rie opiniones.qbusdā dicētibꝫ ꝟtutes mo/
rales esse in appetitu sensitiuo subiectiue et
nō in volūtate alijs oppositū asserentibus.
Super q̄ difficultate ꝓbabiliꝛ dici pōt vir
tutes morales esse in vtroqꝫ.licet magꝭ ꝓn
cipales sint in volūtate. Q.ō sic patet. quia
tam appetitꝰ sensitiuus ꝙ volūtas qn̄qꝫ in/
clinaꝛ contra iudiciū rōnis.ꝛ ideo vt vter/
qꝫ ꝯtra talem inclinatōꝫ prompte delecta/
biliter obediat rōni.in vtroqꝫ requiriꝛ ha/
bitus.talis aūt eē videꝛ moralꝭ virtꝰ. ꝙuis
ille qui est in volūtate tanqꝫ in potentia ꝑ/
fectiori sit perfectior virtus. Ad cuius
ampliorē declarationē sciendū est ꝙ ope/
rationes virtutū moraliū possunt assigna
ri quadruplices. Prime quedā īmanētes
voluntati.alie īmanētes sensitiuo appetitui
alie inexistētes mēbris nostris corꝑalibus
quibus organice vtimur ad exercēdas exte
rius oꝑationes.ꝛ alie exterius transeūtes.
Uerbigrā. In oꝑe liberalitatis postqꝫ ra/
tio vel prudētia iudicauit h̄ esse isti dandū
volūtas ꝓmo eligit hoc facere. ideo impe/
rat potentijs inferioribus hoc facere.secū/
do appetitus sensitiuꝰ consentiens imperio
voluntatis appetit illud idē facere ꝛ mouet
corporalia mēbra ad hoc faciendū. tertio
hmōi mēbra motū illū ab appetitu recipi/
unt.quarto vero quandoqꝫ in tali executi/
one a mēbris motis oꝑatōes nostre in res
exteriores transeunt. Ex ꝓmis ḡ oꝑati
onibus in volūtate generaꝛ habitꝰ ꝟtuosus
qꝛ ex bonitate taliū oꝑationū hō diciꝛ mo/
raliꝛ bonꝰ. Et qꝛ a bonitate hmōi electio/
nū volūtatis alie oꝑatōes tā interiores ꝙ
exteriores extrinsece recipiūt denoīationē
moralis bonitatis.iō habitꝰ ex talibꝫ gene/
ratꝰ simpliciꝛ loq̄ndo est moralis virtꝰ. Sꝫ
tn̄ ex secūdis oꝑatōibꝫ in appetitu sensitiuo
etiā generaꝛ habitꝰ qui aliq̄ mō ꝛ extrinsece
pōt dici virtꝰ moralis ꝓ quanto est ꝓmo ha
bitui ꝯformis. ꝛ generaꝛ ex oꝑatiōibꝫ recte
rōni ꝯsonis.imo etiā scd̄m aliquos vt sup̄
tactū est ex alijs operationibus generatur
virtus ī potētia vegetatiua vel motiua mē
broꝝ.sed hoc ponere nō est necessariū.

Quinta pars de habitibus potentie ī
tellectiue.

De habitibus aūt potentie intellectiue
sciendū est ꝙ scd̄m Aristotilē sexto ethicoꝝ
quinqꝫ sunt habitus intellectuales q̄ sunt
virtutes.scꝫ ars.prudentia.scientia. intel/
lectus.ꝛ sapientia. Licet autem alij sint ha
bitus intellectuales vt opinio vel suspicio
nō tamen vocantur virtutes.quia scd̄m il
los contingit falsum dicere vel falso assen/
tire. Predictarum vero virtutum intelle/
ctualium sic potest sufficientia assignari.
Quia omnis virtus intellectualis. aut est
circa contingens. aut circa necessarium.
Si primū.vel est circa ꝯtingens factibile
ꝛ sic est ars.aut circa contingens agibile. ꝛ
sic est prudentia. Est eniꝫ differentia inter
agibile ꝛ factibile.vt patet nono methaphi
sice.quia actio est operatio manens in ope
rante.factio aūt est operatio transiēs extra
operans ꝛ ꝓportionaliter distinguunꝛ agi/
bile ꝛ factibile Si scd̄m.vel est circa neces
sariū in essendo sicut deus ꝛ intelligentie.
ꝛ sic est sapientia. aut circa necessariū in si/
gnificando.ꝛ hoc dupliciꝛ. quia vel circa
necessarium qđ est conclusio demonstra/
tionis ꝛ sic est scientia.vel circa necessariū.
qđ est ꝓncipiū demonstratōis. ꝛ sic est ītel
lectus. Unde hic non sumitur intellectus
pro ip̄a potentia intellectiua. sed pro habi
tu talis potētie circa prima principia inde
monstrabilia. Nam licet nō sit necessarius
habitus ad assentiendū eis seu ad dicendū
verum circa ea. eo ꝙ intellectus naturaliꝛ
eis assentit.nec potest circa ea mentiri vl' er
rare.sicut dicit aristotiles secundo ꝛ quar/
to methaphisice. tamē aliquando propter
sophisticationes in oppositū occurrentes
possibile ē adhesionē debilitari ꝛ circa ali
qua que nō sunt summe euidentia quandā
formidinē generare. ex frequēti aūt ꝯside/
ratōe ꝛ adhesiōe circa ea firmaꝛ assensus ꝛ
adhesio vt nō interueniat formido.ꝛ h̄ fit ꝑ
habitū ex tali freq̄nti adhesiōe.ꝛ actuali ꝓn
cipioꝝ noticia derelictū inclinātē ꝛ firmā
tē potētiā ītellectiuā ad ꝯsiliꝫ actualē notī
ciā.ꝛ ad asētiēdū ꝓmis ꝓncipijs ꝛ si n̄ sipli/

108

citer tamē ad magis firmiter adherendū
⁊ nō formidandū. ⁊ talē habitū vocamus
hic intellectū. Nō est aūt hic ꝑtermittēdū
ꝙ ꝑdictoꝝ habituū intellectualiū quidā
sunt practici. scꝫ ars prudentia. ⁊ quidā spe/
culatiui scꝫ sciētia intellect⁹ ⁊ sapiētia. gra/
tia cui⁹ videndū est in quo differāt practi/
ca ⁊ speculatiua noticia. Et licet de h̄ sint
varij modi dicēdi. tamē breuiter potest di
ci ꝙ a praxi dicit᷑ aliqua noticia practica.
Praxis ei grece idē est qđ act⁹ vl' opatio la
tine. nō tamē a qualibet opatione denoīat᷑
noticia practica. sed ab illa que est in homi
nis seu operātis potestate Ut sic describat᷑
praxis ꝙ est operatio in homīs seu in ope/
rantis potestate ꝯsistens. extendendo ope/
rationis nomē tam ad actionē q̄ȝ ad factio
nem. Noticia ergo dicit᷑ practica seu opera
tiua vel actiua vel factiua. nō quia aliquid
īmediate agat vel faciat. sꝫ quia est ad ope/
randū directiua. sicut medicinalis sciētia
sanitatem nō agit. sed ad eam agendū diri
git. Ut sic describat᷑ noticia ꝓprie practica.
q̄ est noticia ꝯplexa scđm se praxis. id ē ope
rationis in nostra potestate existentis for/
maliter directiua. ⁊ omīs alia noticia dica
tur speculatiua. Dico aūt formaliter quia
aliqua est noticia nō ꝓprie practica que ē ta
lis operationis directiua virtualiter. quia
noticiā sic directiuā ꝯtinet aliquo mō cau
saliter. sicut noticia medicinalis de ꝯplexi
onib⁹ humoꝝ ⁊ de gradib⁹ ⁊ virtutib⁹ me/
dicinarū nō est ꝓprie practica. quia talis n̄
enūciat qualit᷑ aliquid est agendū. ideo nō
est formaliter operatōis directiua. licet vir
tualiter ꝯtineat noticiā practicā dirigentē
ad sic vel sic corpus medicandū. Ex quib⁹
patet ꝙ omīs habitus est practicus. cuius
ꝓprius actus elicitus est formaliter praxis
directiuus. ⁊ omīs alius est speculatiuus.
quia ex actib⁹ practicis nō generat᷑ imedia
te habitus ꝓprie speculatiu⁹. nec econtra. si
militer habitus speculatiu⁹ nō est actuum
practicoꝝ īmediate elicitiuus. nec. econtra
⁊ per hoc apparet propositum de predictis
habitibus. de quib⁹ ad methaphisicā ⁊ mo
ralem philosophiam pertinet considerare
specialius.

Sexta pars de habitibus potentie vo/
litiue.

De habitib⁹ vero potentie volitiue sci
endū est ꝙ scđm Aristotilē secūdo et sexto
ethicoꝝ habitus humani seu virtutes di/
uiduntur in virtutes intellectuales ⁊ mo/
rales. quarū differentia hec est. quia virtu
tes intellectuales sunt in intellectu. mora/
les vero in appetitu seu affectu. ⁊ ꝑcipue in
voluntate vt dictū est. ideo possunt vocari
affectionales. vocant᷑ tamē morales a mo/
re. quia ex more id est ex assuefactione vl' cō
suetudine generant᷑. sicut. ij. ethicoꝝ dicit᷑.

Licet aūt potētia cognitiua seu intelle
ctiua aliquo modo possit assuefieri ⁊ in ea
possit per ꝯsuetudinē habit⁹ acquiri. sicut
velle videtur Aristotiles. ij. methaphisice
⁊ ꝯmentator. iij. phisicoꝝ. tamē vt plurimū
habitus intellectuales nō generant᷑ ꝑ hūc
modū. sed per naturalē inclinationē intel/
lectus ad verū. vel per experientiā aut do/
ctrinam. Potentia vero appetitiua ad acq̄/
rendum virtutē semper indiget magnā ha
bere ꝯsuetudinē seu assuefactionē. ideo vir
tus eius ⁊ nō virtus intellectus vocat᷑ mo
ralis. quia ex more generabilis. Ipaꝝ ve/
ro virtutū moraliū distinctio ⁊ sufficiētia
earū potest assignari hoc modo. qꝛ omnis
virtus moralis respicit aliquod bonū tāq̄ȝ
obiectū ꝓsequendū. vl' eius oppositū tanq̄ȝ
fugiendū. Omne aūt bonū circa quod ver
santur mores hominū aut est vtile. aut ho
norabile. aut delectabile. Si ergo hō vir/
tuose se habet circa vtile vel circa vtilia cō
munia. ⁊ sic est iusticia ⁊ maxime ꝯmutati/
ua. qꝛ capiendo large iusticiā vt se extendit
ad iusticiā ꝯmutatiuā distributiuā ⁊ puni
tiuam. sic nō solū respicit vtilia siue diuici
as sed etiā honores ⁊ delectatōes ⁊ multas
res alias. Uel circa vtilia ꝓpria vel diuici/
as ꝓprias. ⁊ hoc ꝯtingit dupliciter vel simpli
citer absolute. ⁊ sic est liberalitas. vel scđm
quid ⁊ cū quadā excellentia vel arduitate.
sꝫ circa magnos sumptus. ⁊ sic est magnifi
centia. Si vero hō habet se virtuose circa
bonorabile vel circa honores mediocres.
⁊ hec virtus est innoīata. q̄ tn̄ a quibusdā
vocatur philotomia. vel circa honores ar
duos ⁊ dignitates magnas. ⁊ sic ē magna/
nimitas. Si aūt circa delectabile h̄ cōtin/
git dupliciter. vel ꝑuatiue scꝫ opposita dele
ctabiliū. id est tristabilia ⁊ terribilia aggre
diendo. ⁊ sic est fortitudo. vel positiue scꝫ d̄
lectabilia ꝓsequendo. ⁊ hoc est dupliciter vl'
circa delectabilia ad vitā. aut simpliciter aut
scđm q̄d necessaria. ⁊ sic est tp̄antia. vel cir

De aduentu domini sermo .j.

ca delectabilia ad ꝯuersationē humanā de
center ptinētia. ⁊ h̄ triplicit̄. q꞉ vl' scd̄ȝ actū
potētie ꝯcupiscibilis. ⁊ sic est amicicia. q̄ a
lio noīe dicit̄ sodalitas. vel scd̄ȝ actū potē/
tie irascibil' ⁊ sic est mā̄suetudo vel scd̄m a/
ctū potētie rōnal'. ⁊ h̄ est iteꝝ triplicit̄. q꞉ vl'
h̄ ꝯtingit i h̄ ꝙ ꝟtuosus rōnabilit̄ ⁊ delecta
bilit̄ se hȝ cū aliꝭs hoībꝫ i colloq̄o. ⁊ sic ē af/
fabilitas. vel in h̄ ꝙ se aliꝭs nō exhibet falla
citer. sȝ qual' est talē se oñdit in factꝫ ⁊ dictꝫ.
⁊ hec virtus vocat̄ veritas. vl' in h̄ ꝙ ꝯpla/
center se hȝ in ludis ⁊ iocis. ⁊ dicit̄ eutrape
lia. ab eu qđ est bonū ⁊ tropos quod est cō/
uersio. quasi oīa ꝯuertēs in bonū. Oēs au
tē p̄dictas ꝟtutes quidā ad q̄tuoꝛ reducūt
quas p̄ncipales vocant siue cardinales. q꞉
sicut ostiū in suis motibꝫ in cardine voluit̄
sic humana vita in suis actōibꝫ ⁊ passioni/
bus hiꝭs virtutibꝫ regit̄. Sūt aūt hec q̄tu/
oꝛ virtutes prudētia. iusticia. fortitudo. et
tꝑantia. Prudentia est circa ꝯsiliabilia. iu
sticia circa cōmunicabilia. fortitudo circa
terribilia. tꝑantia vero circa delectabilia.
Prima aūt est in potētia ītellectiua. secūda
in volitiua. tertia in irascibili. quarta in cō
cupiscibili. ⁊ sic tā ex eaꝝ obiecto q̄ȝ eaꝝ sub
iecto. ptȝ q̄liter ꝑ eas regit̄ totꝰ hō. Licȝ au
tē prudētia q̄ntū ad eiꝰ subiectū sit virtꝰ in/
tellectualis. tñ q̄ntū ad eiꝰ obiectū aliq̄ mō
ꝯuenit cū virtutibꝫ moralibꝫ ⁊ scd̄m h̄ pōt
vocari virtꝰ moralis. nā ip̄a est recta rō agi
biliū q̄ sunt ꝓpria materia ꝟtutū moraliūȝ.
Cōuenit etiā cū vtrisq̄ȝ quātū ad sue gene
ratōis modū. nā scd̄ȝ qđ generat̄ ex doctri
nā ꝯuenit cū ītellectualibꝫ. sȝ scd̄m ꝙ gene
rat̄ ex expientia ꝯuenit cū moralibꝫ. q꞉ expi
entia in quātū ad eā pluralitas actuū req̄/
rit̄ est assuefactōi sīl'is ꝑ quā sicut dictū est
acq̄rit̄ virtꝰ moralis. De p̄dictis ꝟo habiti
bus ⁊ ꝟtutibꝫ moralibꝫ ad ethicā ptinet cō
siderare specialiꝰ. Hec ḡ de aīa ⁊ accidē
tibꝫ eiꝰ dicta sufficiāt. De q̄bꝫ si q̄ bona sint
deo gr̄as referri postulo. mihiq̄ȝ dare veni
am de erratis.

Explicit breuis tractatus de anima et
accidentibꝫ eius Per reuerendū dñm Pe
trum de aillyaco ꝯpilatus.

Incipit sermo de aduētu dñi a prescri
pto domio Petro episcopo ⁊ cardinali cō
positus.

E(cce saluatoꝛ tu)
us venit. Scribit̄ Jsaie. xliiij.
caplo. Sicut sacrarū serieȝ
litteraꝝ intuētibꝫ luculent̄ ap/
paret in exoꝛdio mūdane creatōis fecit deꝰ
hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē suā. p̄sidē
tem piscibꝫ maris. volatilibꝫ celi. ⁊ bestiꝭs
terre. vniuersq̄ȝ creature. ⁊ oīni reptili qđ
mouet̄ in terra. sibiq̄ȝ multa ꝯtulit mune/
ra gratiaꝝ. Hō vero ingratꝰ bñficioꝝ dei.
suū nō recognouit creatorē. sȝ a diuini p̄ce
pti iussibꝫ in obediēdo recessit. Hic nostre
miserie p̄ncipiū. hinc nr̄e calamitatis inici
um. hinc est illud apostolicū ꝟbuȝ. Per in
obedientiā vniꝰ hoīs cōfusi sunt multi. Et
rursus. Per vnū hominē i hūc mūdū pec
catū intrauit ⁊ ꝑ peccatuȝ moꝛs. Ad ro. v.
Hinc factū est vt hō tanq̄ȝ exul a patria ei/
ceret̄ a paradiso voluptatis Gen. iij. Hinc
dictū est ad mulierez. Multiplicabo erū/
pnas tuas ⁊ ꝯceptus tuos. in doloꝛe pari/
es filios. ⁊ sub potestate viri eris. ⁊ ip̄e do/
minabit̄ tui. Hinc illa ꝓcessit maledictio.
Maledicta in oꝑe tuo. Gen. ij. Hinc illa
hoꝛribil' ex oꝛe dei sentētia. q̄ sequit̄. Jn su/
doꝛe vultus tui vescerꝫ pane tuo. donec re
uertaris i terrā de q̄ assumptꝰ es. q꞉ puluis
es ⁊ in puluerē reuerteris Hinc factū ē. vt
cū audiuissemꝰ vocē illā. ego dixi dij estis ⁊
